INSTITUTIONES
LINGUAE
LATINAE ET GRAECAE
PRO
MEDIA GRAMMATICES
AD NORMAM
EMMANUELIS ALVARI
ET
JACOBI GRETSERI
Societatis Jesu,
IN USUM SCHOLARUM
PROVINCIAE S. J. AD RHENUM SUPERIOREM
NOVA METHODO ADORNATAE.

EDITIO SECUNDA.

CUM PRIVILEGIO SACR. CAESAREAE MAJESTATIS.

AUGUSTÆ VINDELICORUM,
Sumptibus MATTHÆI RIEGER p. m. FILIORUM.
MDCCLXXIX.

INSTITUTIONES
LINGUAE
LATINAE ET GRAECAE
PRO
MEDIA GRAMMATICES
AD NORMAM
EMMANUELIS ALVARI
ET
JACOBI GRETSERI
SOCIETATIS JESU,
IN USUM SCHOLARUM
PROVINCIAE S. J. AD RHENUM SUPERIOREM
NOVA METHODO ADORNATAE.

EDITIO SECUNDA.

CUM PRIVILEGIO SACR. CAESAREAE MAJESTATIS.

AUGUSTÆ VINDELICORUM,
Sumptibus MATTHÆI RIEGER p. m. FILIORUM.
MDCCLXXIX.

P S B
MÜNCHEN
T. 90/516

PRIVILEGIUM
S. CAESAREAE MAJESTATIS.

NOS FRANCISCUS Divinâ favente Clementiâ Electus Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus, ac Germaniæ, & Hieroſolymarum Rex, Dux Lotharingiæ & Barri, Magnus Hetruriæ Dux, Princeps Carolopolis, Marchio Nomenei, Comes Falckenſteinei, &c. &c.

Agnoſcimus & notum facimus tenore præſentium univerſis, quòd, cùm Nobis Noſter Sacríque Imperii fidelis dilectus NICOLAUS PIERRON, Typographus Electoralis Mannhemii, humillimè exponi curârit, quem in modum rem ſtudioſæ Juventuti utilem facere intendens, *Inſtitutiones Linguæ Latinæ & Græcæ ad normam* EMANUELIS ALVARI & JACOBI GRETSERI S. J. *in uſum Scholarum Provinciæ S. J. ad Rhenum ſuperiorem pro omnibus Claſſibus adornatas*, typis mandare propoſuerit; vereatur autem, ne æmulorum invidiâ hanc editionem imitantium, impendii & laboris ſui fructu fruſtretur, idéoque Nobis demiſſè ſupplicârit, quatenus ejus indemnitati Privilegio Noſtro Cæſareo ſuccurrere clementiſſimè dignaremur, Nos ſubmiſſæ pariter ac æquæ ejus petitioni annuendum cenſuerimus. Ac proinde authoritate Noſtrâ Cæſareâ omnibus & ſingulis Bibliopolis, Bibliopegis, Typographis, & aliis quibuscunque rem librariam ſeu negotiationem exercentibus, firmiter inhibemus, vetamus & interdicimus, ne quis ſupra nominatum Opus ſub hoc alióve titulo, aut quâcunque formâ, ſeu, ùt ajunt, formato per decem annorum ſpatium ab hodierno die computandum, intra Sacri Romani Imperii fines recudere, vel aliis recudendum dare, aliorsúmve impreſſum apportare, vendere vel diſtrahere citra præfati Impetrantis ejusdémque hæredum ac ſucceſſorum voluntatem & aſſenſum in ſcriptis obtentum auſit vel præſumat: Si quis verò ſecus faciendo Privilegium hoc Noſtrum ſeu Interdictum violare contemneréque præſumpſerit, eum non ſolùm ejusmodi exemplaribus ubicunque locorum repertis, perperàm quippe recuſis ſeu apportatis (quæ dictus NICOLAUS PIERRON ſive propriâ auctoritate, ſive Magiſtratûs illius loci auxilio ſibi vindicare poterit) de facto privandum, ſed & quinque Marcarum auri puri pœnâ Aerario, ſeu Fiſco Noſtro Cæſareo, & parti læſæ ex æquo pendendâ,

omni ſpe veniæ ſublatâ mulctandum decernimus, dummodo tenor hujus Noſtri Privilegii in fronte libri impreſſus reperiatur, & conſueta quinque exemplaria Conſilio Noſtro Imperiali Aulico exhibeantur. Mandamus itaque omnibus & ſingulis Noſtris & Sacri Romani Imperii ſubditis & fidelibus dilectis, tam Eccleſiaſticis quàm Sæcularibus, cujuscunque ſtatûs, gradûs, dignitatis aut ordinis fuerint, præſertim verò iis, qui in Magiſtratu exiſtentes vel ſuo vel Superiorum ſuorum loco aut nomine jus juſtitiámque adminiſtrant, ne quemquam Privilegium hoc Noſtrum Cæſareum violare, ſpernere aut transgredi patiantur, ſed ſi quos contumaces compererint, conſtitutâ â Nobis mulctâ eos puniri & quibuscunque modis idoneis coërceri curent, quatenus & ipſi graviſſimam Noſtram indignationem prædictámque pœnam evitare voluerint. Harum Teſtimonio Literarum manu Noſtrâ ſubſcriptarum, & Sigilli Noſtri Cæſarei appreſſione munitarum, quæ dabantur Viennæ die undecimâ Auguſti, Anno milleſimo ſeptingenteſimo quinquageſimo, Regni Noſtri quinto.

FRANCISCUS.

(L.S.)

Vt. R. Comes COLLOREDO. mpp.

Ad Mandatum Sac. Caſ. Majeſtatis proprium.

J. J. Hayeck de Waldſtætten.

PRIVILEGIUM.

EGo infra ſcriptus SOCIETATIS JESU per Provinciam Rheni Superioris Præpoſitus Provincialis, factâ mihi poteſtate ab Admodùm Reverendo Patre noſtro Franciſco Retz, Societatis univerſæ Præpoſito Generali, facultatem concedo Domino Nicolao de Pierron, Typographo Electorali aulico Mannheimenſi, typis mandandi Inſtitutiones Linguæ Latinæ & Græcæ ad normam Emmanuelis Alvari, & Jacobi Gretſeri Societatis JESU in uſum ſcholarum Provinciæ S. J. ad Rhenum Superiorem pro omnibus & ſingulis Claſſibus adornatas, eidémque jus Cæſarei Privilegii ad annos triginta eatenus indulgeo, ut ipſo invito Libros iſtos vel in toto vel in partibus nemo recudere, vel alibi recuſos intra S. R. Imperii fines, & hæreditarias S. Cæſareæ Majeſtatis Provincias importare, aut venum exponere audeat. In cujus rei fidem has literas manu mea ſubſcriptas, & officii Sigillo munitas dedi. Mannheimii 28. Aprilis 1750.

(L.S.) CASPARUS HOCH
manu propria.

CONSPECTUS OPERIS
PRO
MEDIA GRAMMATICES
IN DUAS PARTES DISTRIBUTI.

PARS I.

GRAMMATICA quatuor sectiones habet.

Sectio I. VERSUS memoriales *Alvari* aucti & explicati de Generibus Nominum.

Sectio II. VERSUS memoriales aucti & explicati de Declinationibus simplicium & compositorum Nominum.

Sectio III. VERSUS memoriales *Alvari* aucti & explicati de Præteritis & Supinis Verborum.

Sectio IV. SYNTAXIS Partium Orationis ex *Alvaro* cum Appendicibus necessariis, & lectissimis observationibus explanata & illustrata.

APPENDICES.

I. De Orthographia Latina.
II. De Barbarismis. 2. De Solœcismis. 3. De Germanismis.
III. De Syntaxi Ornata, Calendario, & re nummaria Veterum.

PARS II.

GYMNASTICA continet Auctores. Ponuntur

I. EPISTOLAE M. T. *Ciceronis* cum didactica ad eas scribendas Isagoge.

II. AUCTORUM Loci illustriores è *Tullio, Cæsare*, aliisque optimæ notæ scriptoribus collecti.

III. PROGYMNASMATA Latinitatis per Dialogos familiares atque eruditos, & officiosas urbanioris commercii formulas.

V. ISAGOGE ad Artem metricam, cum selectis *Ovidii* Elegiis & Sententiis.

V. PARS Græcæ Grammaticæ è *Gretsero* excerpta, novis ad facilitatem observationibus illustrata, & ad Analysin accommodata.

VI. CATECHISMUS Latinus V. P. *Canisii*, notis margini additis ad uberiorem exegesin relatus.

PRAEFATIO
AD SECUNDAM EDITIONEM.

ALTERUM pro Secundanorum Classe Opus quibus rebus constet, facilè ex Conspectu ad frontem posito, quem Tirones diligenter explicatum accipiant, cognosci poterit. De modo Institutiones istas tractandi adscribam pauca: ex iis quippe, quæ ad Infimæ Grammatices Institutiones observata sunt, statuere de istis haud difficulter licet.

SEMESTRE PRIMUM.

I. ORTHOGRAPHIAE LATINAE rationes ex Appendice I. breviter recolantur, in quam simul & vernaculam, ut ne â Discipulis parvi pendantur aut negligantur, suam Docentes industriam quàm diligentissimè conferant. (2) Ad repetendam *Etymologiam* faciunt versus memoriales per tres sectiones propositi, quibus continuò adjungi possunt *Dialogi eruditi* ex Parte II. Sectione III. (3) Proceditur ad *Syntaxin*, quam comitatur Explicatio Auctoris ex illustrioribus variorum scriptorum Locis Parte II. Sect. II. eligenda.

SEMESTRE ALTERUM.

II. CONTINUATUR vel repetitur *Syntaxis* (2) Exponuntur, quæ de *virtutibus* Linguæ Latinæ in Appendice II. pag. 178. habentur. (3) Præmiſſâ Iſagoge explanantur Ciceronis *Epiſtolæ*, ubi Grammatica præcipuè ſecundùm rationes Etymologicas & Syntacticas recolitur. (4) Quæ in *Progymnaſmatis* Latinitatis ſuperſunt, concertationi & memoriæ exercendæ reſervantur. (5) Certi per hebdomadam dies tribuuntur principiis *artis metricæ* & verſûs Elegiaci. Exercitationes cum Tironibus ſuſcipiendas vide pag. 390. (6) Ad Græcas inſtitutiones præcedat repetitio de Nomine & Pronomine ex Inſtitutionibus Compendiariis.

III. MEMORIA porro per verſus memoriales, Syntaxeos exempla, formulas Dialogicas, inſigniores ex Auctore periochas additâ verſione, per græca primitiva & Schema verbi τύπτω, denique per Inſtitutiones Catecheticas exerceri ſolet, cum varietate tamen & methodo alias laudata. (2) De Thematis, niſi quòd ad hujus Claſſis præcepta propiùs conformanda ſint, valeant, quæ alio loco monuimus. (3) Fiat frequens & paucis Regulis comprehenſa Grammaticæ repetitio, cui itidem multiplex accedat exercitatio in legendo, ſcribendo & loquendo: his nempe præſidiis maximos in literis progreſſus Diſcipuli faciunt.

IV. AUCTORES & libelli, qui Secundanis pro Docentium arbitrio alii aliis ſerviunt, ſunt fere iſti.

De Exercitio latine loquendi.

1) Selectæ CICERONIS Epistolæ notis illustratæ.
2) Julii CAESARIS Commentarii notis illustrati.
3) Selectæ & ab obscœnitate purgatæ TERENTII comœdiæ.
4) *Phraseologia* Germanico-Latina cum cæteris libellis pro Infima Classe commendatis.
5) *Flos Latinitatis* P. Pomey, qui inter plures obconcertationem distribui potest.
6) *Lexidion græcum*, *Institutiones compendiariæ* & *Progymnasmata sacra* in Linguam Græcam.

V. NON AB RE erit adjungere modum Auctoris hac in Classe prælegendi, quem iterum ex JUVENTII ratione docendi petere juvat:

Locus CICERONIS è Dialogo de Senectute. *Nihil igitur afferunt, qui in re gerenda versari senectutem negant; similésque sunt, ut si qui gubernatorem in navigando agere nihil dicant, cùm alii malos scandant, alii per foros cursent, alii sentinam exhauriant; ille autem clavum tenens sedeat in puppi quietus. Non facit ea, quæ juvenes; at verò multò majora & meliora facit: non enim viribus, aut celeritate corporum res magnæ geruntur, sed consilio & auctoritate & sententia; quibus non modo non orbari senectus solet.*

(1) *Argumentum.* Prima è quatuor causis, cur senectus accusetur, ea est, quòd avocet â rebus gerendis, hanc refellit Cicero comparatione duplici, quæ hodierna prælectione continetur: comparatio prima petitur â navis gubernatore; altera ab ipsa juventute. Idem facit senex in familia, aut in republica, quod gubernator in navi; multò etiam plura & meliora facit, quàm juventus ipsa. Igitur senectus otiosa non est, nec in gerendis rebus inutilis, atque ab iis avo-

canda. Hoc argumentum istius lectionis est. *Argumentum in hac schola vernaculè & latinè explicandum, quod in suprema Grammatices Classe totum latinè proponitur. Idem bis térve aliis atque aliis verbis iterandum est, ùt cætera omnia.*

(2) *Explanatio. Nihil igitur afferunt.* Nihil probant, nihil evincunt, parùm idoneis rationibus utuntur. (*Hæc in secunda Grammaticæ schola partim latino, partim patrio sermone sunt exponenda*) Ea porro vocula, *igitur* indicat conjungi hanc sententiam cùm illis, quæ supra dicta sunt; ità vero jungitur. Ex iis, quæ modo protuli, exemplis patet, eos nihil efficere, ac probare, *qui in re gerenda versari senectutem negant*, qui existimant senes nihil agere, non esse aptos negotiis. *Similésque sunt isti*, qui senes criminantur & accusant otii nomine, similes sunt hominibus, qui dicerent gubernatorem in navi agere nihil, eo quòd ipse in puppi sedeat quietus; alii ultro citróque cursitent. Gubernator idem est, ac magister & rector navis alio modo nuncupatur navita, nauclerus. Ein Schiff-Herr, Schiff-Patron. *Cum alii malos scandant;* ab ima parte malorum ad summam ascendant; *malus mali*, truncus arboris est, qui in media navi erigitur, & ex quo pendent ligna quædam transversa, quæ antennæ dicuntur, quibus antennis assuta sunt vela. Scandunt autem nautæ malos, ut antennas torqueant, vela colligant &c. *alii per foros cursent;* alii crebro currant per foros. *Fori* sunt ligna quædam transversa in ipsa navi, & sedilia, in quibus considunt remiges: alio vocabulo dicuntur transtra. *Cursent;* curso, cursas, cursare verbum est frequentativum; dicitur etiam cursito. *Alii sentinam exhauriant*; sentina est pars ima navis, in quam aqua marina, quæ per asserum rimulas subintrat, defluit, & unde identidem egeritur. *Ille autem*, nempe gubernator navis *clavum tenens*, clavus idem est, atque gubernaculum; in *puppi*, puppis est pars posterior navis, cui adhæret gubernaculum: prora verò pars anterior navis. *Non facit &c.* Hæc pars altera est lectionis, in qua dicit, senes majora & meliora, quàm Juvenes facere. Proponitur, quasi objiciente adversario: At enim, inquiet aliquis, *non facit* senectus *ea, quæ juvenes* faciunt? Respondet Cicero: *at verò majora & meliora* facit; quasi diceret: concedo non facit ea, quæ juventus; sed &c. Satis hoc fuerit ad exemplum prodendum, unde, quo filo reliqua prælectio sit perexenda, facilè apparebit.

(3) *Eruditio.* Pauca de re nautica & navi proferri possunt; de modo sententiæ in senatu dicendæ.

(4) *Latinitas.* *Nihil afferunt*, pro nihil probant: variæ ſignificationes verbi, *affero*, explicentur; notanda iſta quoque: *verſari in rebus gerendis*, *nihil agere*, aliud agere, hoc agere. *Curſent*; explicaret docens in Infima, quid ſit verbum frequentativum, unde formetur & exempla ſubjiceret: ea omnia docens in Secunda refricabit. *Ceſſare*; quæ ſit vis propria hujus vocis exponet; alias ipſi affines accerſet; quales ſunt feriari, otiari &c. exemplis easdem illuſtrabit.

(5) *Mores.* Solet vita cum navigatione comparari: item imperium; Reges clavum tenent, illis obtemperandum. Quàm præclara vero hæc ſententia: *Res magnæ non geruntur viribus, ſed conſilio.* Quàm aptè in ſcriptionem illigari poterit? aut exſcribi ab adoleſcentibus? *Quod ſi conſilio res magnæ geruntur feliciter; quantò magis probitate ac virtute?* Exempla peti poterunt ex hiſtoria recenti aut priſca pro ſcholæ captu.

VI. NUNC QUID ad maturum Latinè loquendi uſum vel ab experientia, vel ab Eruditorum arbitratu occurrat, rurſus exhibeo.

LATINI SERMONIS EXERCITIUM.

DE PARANDA linguæ Latinæ facultate Cicero luculenter affirmat, *Caput eſſe, quàm plurimum ſcribere: Stilum eſſe optimum & præſtantiſſimum dicendi effectorem ac Magiſtrum.* Cui quidem ſententiæ Grammaticorum aliqui, Duce SANCTIO *in Minerva*, tantum deferendum putant, ut malint receptam latinè loquendi conſuetudinem proſcriptam è Gymnaſiis eſſe, atque adeò ex omni Eruditorum conſortio eliminatam. Sed bonâ eorum veniâ, liceat nobis Latini ſermonis exercitium, quod literati orbis judicio valuit, modis omnibus retinere. Liceat porrò ſtudioſam juventutem, ne barbarè loqui condiſcat, ad legendi ſcribendíque diligentiam, ne muta ſit & elinguis, ad familiarem loquendi uſum cohortari. Quare omnino exiſtimem, deſudandum eſſe primæ juventuti, ut & vocabulis & locutionibus bene latinis me-

moriam instruat. Suppeditari debent ejusdem linguæ Tironibus formulæ loquendi stilo puro conceptæ, quibus ad obvia quæque, ubi res postulat, alacriter utantur. Exercendi sunt in colloquiis non minori verborum ac rerum curâ confectis: lectionem quoque optimorum Auctorum statam quodammodo ac ordinariam adhibeant, ut inde castigatam linguæ Latinæ indolem penitiùs intelligere consuescant. Optandum præterea, idoneos ut Præceptores domi inveniant, quibuscum sua sensa latinè communicent: à quibus item, sicubi hæserint, aut minùs purè vel emendatè quidquam protulerint, suaviter corrigantur. Solemus nempe ab loquendi usu ad loquendum ita informari, utì loquuntur ii, quos linguæ Magistros arbitramur, & colimus.

HIC VERO nolim refragari illis, qui contendunt, cum adultis linguæ Latinæ exercitium per descriptos gradus commodissimè tractari, ut primùm vim linguæ Latinæ ac proprietatem intelligant, tum stilum scribendo exerceant, demum ad Romani sermonis usum traducantur. Nemo tamen dicam facilè scribet iis, qui inverso cum infantibus ac pueris ordine agendum putant, quíque modum illum naturalem, quo alias amplectimur linguas, ad Latinæ perceptionem accommodandum esse volunt. Errabunt hinc inde pueri, impingent primis mensibus contra Grammaticorum præcepta, verba barbara, aut minùs bene latina per ignorantiam sæpè aut imprudentiam effutient; sunt enim parva plerumque magnarum rerum initia. Verùm ne tu illis, aut puriori stilo ma-

gnopere metuas: omnibus malis Punicis, ùt Parœmia ait, ineſt granum putre. Erit, ubi vel ipſi meliùs edocti errata corrigant, vel ab aliis elegantiora exaudiant; eveniátque, quod præclariſſimè EURIPIDES: * *αἱ δεύτεραί πως Φροντίδες σοφώτεραι.* Nec eſt ſanè, ut ob qualemcunque barbaræ cujusdam voculæ metum ampliſſimos linguæ Latinæ fructus, ob incertam ſpem certa præmia, quæ è familiari ejusdem linguæ exercitatione ſolent exiſtere, tibi prudens intercídas. *Uſus* nempe *& experientia*, ùt gravi effato Columella L. 1. C. 1. *dominatur in artibus; nec ulla eſt diſciplina, in qua non peccando diſcatur; nam ubi quid perperam adminiſtratum ceſſerit improſperè, vitatur, quod fefellerat, illuminátque rectam viam docentis magiſterium.*

HAC ITAQUE cautione dum utrumque inter ſcopulum mediam quis viam inſiſtat, dum nec loqui timeat, nec barbaris aſſueſcat vocibus, laudatiſſimum latinè loquendi exercitium meliori, quo poſſumus, modo commendamus. Eum ad finem quid in Inſtitutionibus pro utraque Grammatices Claſſe præſtitum ſit, ſimul quæ methodus ad parandam Latini ſermonis facilitatem facere videatur, paucis capitibus ſum̃átim complectimur.

I. CONCERTATIONES in Scholis eæ potiſſimùm, quæ Grammatica diſcutiunt, Latinâ ùt plurimùm linguâ expediantur, quò ſpectant Latinæ quæſtiones, quæ in altera primi Operis appendice pag. 256. conceptis verbis adjectæ ſunt.

II. FORMULAE LOQUENDI ibidem pag. 417. ſuppeditatæ ſi è memoria fuerint frequenter repetitæ multarum vocum notiones ex *Indiculou-*

* Secundæ curæ meliores.

niverſali P. Pomey comparatæ, ſi colloquia latina infimæ Claſſi propria curatè pertractata, ſi denique hæc altera Dialogorum Sylloge ſecundo Operi inſerta crebris exercitationibus fuerit ventilata; nihil erit admodùm, quod familiari in conſuetudine ad apparatum & copiam Tirones, quin & Moderatores deſiderent.

III. QUIBUS nunc & illud exercitii genus fructuosè adjungas, quo bini diſcipuli perutilem P. Franciſci Pomey S. J. *florem Latinitatis* ita inter ſe partiuntur, ut alternas quærentis, & reſpondentis partes ſinguli obeant. Ejusmodi repetitionis exemplum videſis in *Phraſeologia* P. Franciſci Wagner S. J. Multo rerum uſu, ac tractatione cognitum eſt, hâc præcipuè methodo ampliſſimum juvenili memoriâ condi theſaurum, quo adoleſcentes ſubin cùm ad bene loquendum, tum ad ſcribendum eleganter in omnem vitam utantur.

IV. HAUD MEDIOCRI item uſui ad facilitatem eo in genere adipiſcendam erit, ſi diſcipulis ordinarii quandoque Thematis, aut Lectionum, utì vocamus, loco aſſignentur hiſtoricæ quædam narrationes ejus, qui in Scholis prælegi ſolet, Auctoris; quas illi certo conſilio domi ita legant, relegántque, ut ad quæſtiones eo ſuper argumento formandas tam vernaculâ, quàm Latinâ reſpondere ſine hæſitatione ſciant. Ad id exercitii verò quid commodius, quàm illuſtriores Auctorum loci de induſtria & multo delectu conquiſiti, quorum partem hoc ipſum Secundanorum Opus exhibet? Neque alia cujuscunque demum hiſtoriæ diſcendæ ratio videtur utilior, atque illa, quæ hiſtoriam

concisis ritè quæstionibus discriminat, atque inculcat. Illuc refer, quæ in dies occurrunt, occasiones plurimas, ubi, quæ vernaculè latinéque dicta sunt, latinis item verbis à discipulo repetuntur.

V. ATQUE ut difficultas, quæ principia infestare solet, timidáque Tironum verecundia superetur; laude sæpiùs, donis aut præmiis ornandi videntur illi, qui de argumento in medium adducto expeditiùs interrogare latinè ac respondere noverint. *Honos* nempe, quod verissimè *Cic.* Tusc. 2. *alit artes, omnésque incenduntur ad studia gloriâ, jacéntque ea semper, quæ apud quosque improbantur.* Neque negligentibus, quorum pars sæpè non minima est, sua hìc ignavia prosit, quin consuetâ Latinæ linguæ notâ, aliísque literariis animadversionibus ad veternum excutiendum stimulentur.

VI. ILLOS AUTEM, qui privatæ institutioni præsunt, excubare providâ moderatione decet, Discipuli ut ab hac potissimùm Classe in appellandis obviis Latinam sibi linguam familiarem reddant. Quo in genere ipsi, qui domesticis præsident studiis, latinè citra sordes aut barbariem loqui studeant, quo velut signo moniti discipuli ab iisdem in sermone vitiis abhorrere discant. Meminerint, caput artis esse, facere, quod doceas.

Denique, ut novæ exercitationis principia suavitate quâdam Tirones prolectent, útque omni amaræ necessitatis suspicioni, ac fastidii periculo maturè occurratur; videtur insuper firmo ad patientiam animo, & non unâ cautione opus esse. Juvat equidem, ut discipuli ad recreationem, ad lusum, ad mensam, ceterásque confabulationes curam

præſe latinè loquendi ferant; poteſtas tamen iis liberrima fiat, ut, quæ latinè neſciunt, vernaculâ reddant: ſatìs initio erit, Latina Germanicis aptè miſcere. Loquantur, ùt poſſunt, quando, ùt volunt, nondum licet; neque enim in magnis arduísque, ſed in minimis & facilibus inchoandum. Quodſi, utì principia eſſe amant, ceſpitent, aut errent frequentiùs; cave, ne caperatâ fronte ſeveriùs illos admoneas, aut errata perſtringas acerbiùs. Faſtidioſiſſimum eſt puerorum ingenium; quod amabunt, diſcent; operam ludes, ubi invitos ages. Quam ob rem, ne errando ſæpiùs malè loqui condiſcant, túte ipſe, in quo lapſi ſunt, emendatiùs ſine ſupercilio repete, præmanſum, quod ajunt, in os inſere, vocibus barbaris puriora ſubſtitue eâ providentiâ, ut peccâſſe intelligant ſeſe, neque tamen inutili rubore ſuffundantur. Plura ejusmodi facilè occurrent illi, qui parentis affectu cum iis, quorum curare progreſſum debet, repueraſcere ſuo modo velit.

HAEC SUNT, quæ ad præſtantiſſimum linguæ Latinæ exercitium & cautè & fructuosè tractandum ſpectare in præſens arbitrabar. Jungent ſeſe mihi, niſi vehementer fallor, æqui rerum arbitri, illi præcipuè, qui omiſſam hinc inde latinè loquendi conſuetudinem, multáque ex eo derivata incommoda animo ſecum penitiùs reputârunt, & doluerunt. Si cui ſecus videatur, quæ communi diſcentium utilitati adhuc ſcripſimus, æqui ſaltem boníque conſulat. Tironum commodis qualicunque noſtrâ opellâ prodeſſe volumus.

PARS

PARS PRIMA

DE

GRAMMATICA

LINGUAE LATINAE;

DE

GENERIBUS ET DECLI-

NATIONE NOMINUM;

DE

PRAETERITIS, SUPINIS VER-

BORUM ET SYNTAXI,

UNA CUM APPENDICIBUS NECESSA-

RIIS ET UTILIBUS.

A SECTIO

SECTIO I.
VERSUS MEMORIALES
EMMANUELIS ALVARI
Soc. JESU.

DE
GENERIBUS NOMINUM,
QUAE EX SIGNIFICATIONE COGNOSCUNTUR.

I. Quæ maribus ſolùm tribuuntur, maſcula ſunto.
II. Maſcula cenſentur ſpecie depicta viríli:
III. Et quibus appoſitum tantùm tribuiſſe viríle,
IV. Credibile eſt Veteres. Ceu Latro, Præſul & Hoſpes.
V. Femineum dices, quod Femina ſola repoſcit.

Von

---

1. *Quæ maribus* &c. Solche Namen der Männer ſeynd: (a) Die *Propria*, als: Adam, der erſchaffene Menſch. Petrus, der fürnehmſte der Apoſtlen. Romulus, der erſte König und Erbauer der Statt Rom. Nero, Römiſcher Kayſer und Chriſten-Verfolger, ꝛc.
(b) Einige *Appellativa*: Vir, ein Mann. Pater, Vatter. Avus, Groß-Vatter. Socer, Schwäher. Gener, Tochtermann.
(c) Der männlichen Würden und Verrichtungen: Imperator, Kayſer. Rex, König. Conſul, Burgermeiſter. Scriba, ein Schreiber. Lixa, Garkoch. Pharmacopola, Apothecker. Auriga, Fuhrmann. Sartor, ein Schneider.
(d) Die männliche *Nomina Gentilia*: Germanus, ein Deutſcher, Belga, Niederländer. Gallus, Franzoß. Arabs, ein Arabier.
Auch der Thieren: Leo, der Löw. Aries, Widder.
2. *Maſcula cenſentur ſpecie* &c. Hieher gehören die Namen:
(a) Der Engel: Michaël, Gabriel, Raphaël.
(b) Der Teuflen: Beélzebub, Aſtăroth, Lucifer, Aſmodæus, &c.

Von den
GENERIBUS NOMINUM,
so aus der natürlichen Bedeutung erkennt werden.

1. Die Namen der Männer seynd *Generis Masculini*:
2. Auch die, so in männlicher Gestalt abgemahlt werden.
3. Und denen die alte Lateiner allein den Artickel *Hic* vorgesetzt haben;
4. Wie Latro, ein Mörder. Præsul, ein Vorsteher. Hospes, ein Gastgeber, Gast, ꝛc.
5. Die Namen der Weiber seynd *Generis Feminini*.

(c) Der Götter: Apollo, Gott der Arzney und Künsten. Jupiter, Gott des Himmels. Neptúnus, Meer-Gott. Pluto, der höllische König. Mars, Kriegs-Gott. Saturnus, Zeit-Gott. Mercurius, &c.

3. 4. *Et quibus appositum* &c. Es seynd viele Nomina sowohl den Männern, als Weibern gemein, so doch bey den alten Lateinern nur mit dem Artickel *Hic* gelesen werden, als: Homo, ein Mensch. Gigas, Ries. Eques, Reuter. Accóla, Beysaß. Fur, Dieb. Dahero sagt man zum Unterschied: Duæ feminæ fures comprehensæ sunt, zwey Diebinen seynd ertappt worden.

5. *Femineum dices* &c. Solche Namen der Weiber seynd:

(a) Die *Propria*: Eva, die erste Mutter des menschlichen Geschlechts. Rachel, die Frau des Jacobs. Elisabeth, Mutter Joannis des Taufers. Dido, Königin zu Carthágo. Amázones, kriegerische Weiber in Scythien.

(b) Einige *Appellativa*: Mater, die Mutter. Avia, Groß-Mutter. Soror, Schwester.

(c) Der weiblichen Würden und Verrichtungen: Imperatrix, Kayserin. Regína, Königin. Lotrix, Wäscherin. Nutrix, Säugamm.

(d) Dero *Gentilia*: Austríaca, eine Oesterreicherin. Hispána, eine aus Spanien ꝛc.

VI. Jungito Femineis muliebri prædita formâ;
VII. Quáeque Adjectivam tantùm muliebre requirunt.
VIII. Quæ Neutro appoſito gaudent, Neutralia ſunto.
IX. Eſt commune duûm, ſexum quod claudit utrumque
X. Articulo gemino. Veluti Bos 1, Fortis 2 & Hoſtis 3;
XI. Antiſtes 4, Juvenis 5, Vates 6, Patruélis 7 & Infans 8;
XII. Affinis 9, Miles 10, cum Cive 11, Cliente 12, Sacerdos 13,
XIII. Et Comes 14 atque Canis 15, Sus 16, Dux 17, Auctórque 18, Parénsque 19.
XIV. Municipi 20 Conjux 21, Adoleſcens 22, Augur 23, adhærent.
XV. Eſt Commune trium, Generi quod cónvenit omni.
XVI. Maſcula ſunt Menſes, Venti, Fluviíque mináces.
XVII. Inſula Feminea, Urbs, Regio, cum Nave Poëſis.

6. Wie

---

6. *Jungito Femineis*, &c. Als Weiber werden gemahlt:

(a) Die Göttinen: Ceres, Göttin der Früchten. Diána, Wald-Göttin. Pallas, Göttin der Künſten. Juno, des Jovis Gemahlin, ꝛc.

(b) Die *Nymphen* und *Muſen*: Dryädes, Napææ, Thalía, Clio &c.

(c) Die Höllen-*Furien*: Alecto, Tiſiphöne, &c. Und die Lebens-Göttinen *Parcæ*: Clotho, Láchesis, Atröpos.

(d) Andere weibliche Abendtheur: Sphinx, Medúſa, Lámiæ, Siréne, &c.

7. *Quæque Adjectivum*, &c. Dergleichen, obwolen den Männern und Weibern gemeine Nomina ſeynd allein *Gen. Femin.* Proles, Sobóles, ein Kind. Avis, Vogel. Bellua, beſtia, wild Thier. Copiæ, Truppen. Operæ, Arbeiter. Vigiliæ, Cuſtodiæ, Excubiæ, Wacht ꝛc.

8. *Quæ Neutro*, &c. Dergleichen, obwol den Männern und Weibern gemeine Nomina ſeynd *Gen. Femin.* Mancipium, ein Leibeigner. Animal, ein Thier, ꝛc.

9. *Eſt commune duûm*, &c. Hieher gehören die Adjectiva in is: Hic, hæc brevis, &c. Item die Comparativa: Hic, hæc major, &c. Die Subſtantiva: Artifex, Künſtler, Künſtlerin. Teſtis, Zeug, Zeugin. Contubernális, Camerad. Cuſtos, Hüter. Hæres, Erb. Princeps, Interpres, &c.

15. *Eſt commune trium*, &c. Dergleichen ſeynd die Adjectiva eines Ausgangs. Hic, hæc, hoc Audax. Die Participia: Hic, hæc, hoc amans. Die Patria: Cáppadox, einer aus Cappadocien. Noſtras, der, die, das unſeres Lands iſt.

6. Wie auch die, so in weiblicher Gestalt abgemahlt werden.
7. Und denen die Lateiner allein den Artickel *Hæc* vorgesetzt haben.
8. *Gen. Neutrius* seynd die Namen, so den Artickel *Hoc* haben.
9. *Gen. Communis* seynd die Namen, so das männ- und weibliche Geschlecht andeuten, mit den beyden Artickeln *Hic* & *Hæc*.
10. Wie, 1 Hic bos, der Ochs; hæc bos, die Kuhe. 2 stark. 3 ein Feind.
11. (4 Ein Vorsteher. 5 Jüngling. 6 Wahrsager. 7 Bruders-Kind. 8 ein Kind.
12. (9 Verwandt, Schwager. 10 Soldat. 11 Burger. 12 Pfleg-Kind. 13 Priester.
13. (14 Reiß-Gefährt. 15 Hund. 16 Schwein. 17 Führer. 18 Urheber. 19 Vatter oder Mutter.
14. (20 Mitburger. 21 Ehegemahl. 22 Jüngling. 23 Wahrsager.
15. *Generis Omnis* seynd die Namen, so unter einem Ausgang drey Artickel haben.
16. Die Namen der Monat/ Wind/ und Flüß seynd *Generis Masculini*.
17. Die Nomina Propria der Inseln/ Stätt/ Landschafften/ Schiff und *Poëtischen* Gedichten seynd *Gen. Femin.*

16. *Masculæ sunt mensis*, &c. (a) Die Monat. Aprilis. Majus. September &c. (b) Die Wind. Boreas, vel Aquilo, der Nord-Wind. Auster, Mittag-Wind. Etésiæ, die kühle Lüfftlein in Hunds-Tägen, ꝛc. (c) Die Flüß: Rhenus, der Rhein. Ister, die Donau. Ganges, Fluß in Indien, ꝛc.

17. *Insulæ Femineæ*, &c. (a) Inseln: Rhodus, im Mittelländischen Meer. Mélita, Malta. Pathmus, in klein Asien. Cyprus, Cypern, ꝛc.

(b) Stätt: Moguntia, Maynz. Herbípolis, Würzburg. Carthágo in Africa, &c.

(c) Landschafften: Aegyptus, Germania, Gallia, Hispania, &c.

(d) Schiff: Centaurus magna, das grose Schiff Centaurus genannt. Hæc Argo, das Schiff Jásonis.

(e) *Poëtische* Gedicht: Ilias, Gedicht Homéri von der Zerstöhrung Trojæ. Aenéis, Gedicht Virgilii von den Thaten Aenéæ.

XVIII. Feminea eſt Arbor. Foliis Oleaſter amárus
XIX. Mas eſt. Hoc Acer 1 atque Siler 2, cum Súbere 3 Robur 4.
XX. Um Neutris junges, hominum ſi Propria demas.
XXI. A Plurale Genus Neutrum ſibi poſcit ubique.
XXII. Nomen in I Maribus, ſi ſit Plurale, reſerva.
XXIII. Trade Notas Neutri, & Vocem pro Nomine ſumptam.
XXIV. Et Verbum quodvis nuda pro Voce repôſtum.

DE GENERIBUS NOMINUM, QUAE EX TERMINATIONE COGNOSCUNTUR.

A.

I. Femineum A primæ eſt, veluti Panthéra 1, Sagitta 2.
II. Adria 1 Mas eſto, cui junge Cométa 2, Planéta 3:
III. Hic Mammóna 4 petit: Paſcha hoc 5, cui jungito Manna 6.
IV. Nomen in A ternæ Neutrum eſt, ceu Stigma 1 Toreúma 2.

E.

V. E Latiále petit Neutrum, velut Acre 1, Moníle 2.
VI. Femineum eſt Aloë 1, Rhodopéque 2, & cetera Græca.

18. Die

---

18. *Feminea eſt Arbor*, &c. Céraſus, Kirſchen-Baum. Pomus, vel Malus, Aepfel-Baum. Pirus, Birn-Baum. Abies, Tannen-Baum. (*Nota.* Malus, Maſt-Baum. Dumus, Dornheck. Spinus, Schlehen-Staud, ꝛc. ſeynd Gen. Maſc.
20. *Um Neutris* &c. Alſo die Nomina der Stätt in Um ſeynd Gen. Neutri. Mannhemium, Mannheim. Francofurtum, &c. Hingegen Euſtochium, Nom. Prop. einer Jungfrau iſt Gen. Fem.
21. *A Plurale*, &c. So auch die Nomina der Stätt in A ſeynd Gener. Neutr. Suſa, Haupt-Statt in Perſien. ꝛc.
22. *Nomen in I*, &c. Die Nomina der Stätt in I. Num. Plural. ſeynd Gen. Maſcul. Pariſii, Paris. Tréviri, Trier.
23. *Trade Notas Neutri*, &c. o parvum, das kleine o. E Latínum. Scire tuum, dein Wiſſen. Velle ſuum cuique eſt, ein jeder hat ſeinen Willen: an ſtatt Scientia tua, voluntas ſua &c.
24. *Et verbum quodvis*, &c. Alſo: Cæſar diſſyliábum eſt, Cæſar iſt zweyſylbig. Erémus Græcum eſt, Erémus iſt Griechiſch. Aliud eſt precatio, aliud rogatio, &c.
1. *Femineum A*, &c. Ala, Flügel. Aula, Hof. Barba, Bart, ꝛc.
2. *Adria Mas*, &c. Adria, die Statt iſt *Gen. Fem.*

18. Die Namen der Bäum seynd *Gen. Femin.* Oleaſter, wilder Feigenbaum iſt *Gen. Maſcul.*
19. (1 Masholder-Baum, 2 Waſſer-Weide, 3 Pantoffel-Holz, 4 Hag-Eich seynd *Gen. Neutr.*
20. Die ausgehen in Um, seynd *Gen. Neutr.* Ausgenommen die Propria der Menſchen.
21. Die Nomina Pluralis Numeri, ſo in A ausgehen, seynd *Gen. Neutr.*
22. Die Nomina Pluralis Numeri, ſo in I ausgehen, seynd *Gen. Maſcul.*
23. *Gen. Neutr.* seynd die Buchſtaben / und das *Verbum*, ſo an ſtatt eines Nominis geſetzt wird:
24. Wie auch ein jedes Wort, ſo ohne eigene Bedeutung nur als ein Wort genommen wird.

Von den GENERIBUS der NOMINUM, ſo aus dem Ausgang erkennt werden.

A.

1. Die Nomina in A der erſten Declination ſeynd *Gen. Femin.* Wie 1 Panther-Thier, 2 Pfeil.
2. Ausgenommen: *Gen. Maſcul.* ſeynd 1 Adriatiſch Meer, 2 Comet-Stern, 3 Planet.
3. Wie auch 4 Gott der Reichthum: *Gen. Neutr.* aber ſeynd 5 die Oſtern, 6 Himmel-Brod.
4. Die Nomina in A der dritten Declination ſeynd *Gener. Neutr.* Wie 1 Brandmahl, 2 Drechſel-Arbeit.

E.

5. Die Lateiniſche Nomina in E ſeynd *Gen. Neutr.* Wie 1 ſcharpf, 2 Halß-Band.
6. Die Griechiſche Nomina in E ſeynd *Generis Femin.* Wie 1 ein bitteres Kraut, 2 Berg in Thracien.

4. *Nomen in A, ternæ* &c. Stemma, Stammen. Scomma, Spott-Red. Rheuma, Schnuppen. Periſtróma, Teppich, ꝛc.
5. *E Latiale* &c. Mare, das Meer. Mantile, Hand-Tuch. Cubile, Schlaf-Zimmer. Sedile, Seſſel. Equile, Pferd-Stall, ꝛc.
6. *Femineum eſt Aloë*, &c. Rhetórice, Red-Kunſt. Ode, Dicht-Geſang. Pentecoſte, Pfingſten, ꝛc.

(*Nota.* Cete, ein Wallfiſch. Tempe, ein annehmlich Luſt-Thal, ſeynd Numeri Plural. und *Gen. Neutr.*

I & O.

VII. I Neutris tribue. O Maribus finita dabuntur.
VIII. Eſt IO Femineum, fuerit ſi corporis expers:
X. Cui Caro 1 iungátur, Cœnatio 2, Portio 3, quódque
X. Deſinit in DO, GO. Neutris adſcribito Pondo 1.
XI. Hárpago 2, Cudo 3, Ordo 4 Mas, Udo 5, Cardo 6, Ligóque 7.

U. C. D.

XII. U, C, D, da Neutris, velut Id 1, cum Lacte 2 Gelúque 3,

L. T.

XIII. L, T, Sit Neutrum. Hic Mugil 1, Sal 2, Sólque 3 repoſcunt.

AN. IN. ON.

XIV. AN, IN, ON, Mas. Hæc Sindon 1, & ſuavis äédon 2;
XV. Queis adde Alcyŏnem 3. Neutris da cuncta Secundæ.

EN.

XVI. EN dabitur Neutris. Sed Hymen 1, Ren 2, Maſcula ſunto;
XVII. Et Splen 3, atque Lien 4, Atăgen 5, cum Péctine 6 Lichen 7.

AR.

XVIII. Póſtulat AR Neutrum, ceu Par 1, cum Néctare 2 Bachar 3.

I. und O.

7. *I Neutris tribue.* Sinápi, Senft. Gummi, Gummi. *O maribus* &c. Mucro, Spitz des Degens. Scipio, Stab. Veſpertilio, Fleder-Mauß. Unio, Perl. Ternio, Quaternio, &c.
8. *Eſt IO Femineum*, &c. Unio, Einigkeit. Oratio, Gebett. Dictio, Red. Legio, ein Regiment Soldaten. Ditio, Gebieth. Herrſchafft. Concio, Predig. Eluvio, Uberſchwemmung, und andere, ſo den Verbalibus gleich kommen.
10. *Quódque deſinit in DO, GO*, &c. Solitúdo, Einſamkeit. Grando, Hagel. Teſtúdo, Schild-Krott, 2 Lauten. Imágo, Bild. Sartágo, Brat-Pfann. Rubígo, Roſt des Eiſen. Vertígo, Schwindel. ꝛc.
12. *U, C, D, da Neutris*, &c. Cornu, Horn. Veru, Brat-Spieß, ꝛc. Halec, geſaltene Fiſch-Brühe. ꝛc. Quid, quod, &c.
13. *L, T, Sit Neutrum*, &c. In L: Animal, ein Thier. Vectígal, Zoll. Mel, Honig. Fel, die Gall. Minerval, Lehr-Geld. Cervical, Haupt-Küſſe. In T: Caput, Kopf. Occĭput, das Genick. Sinciput, der vordere Theil des Haupts.

I und O.

7. Die Nomina in I seynd *Gen. Neutr.* Die in O *Gen. Mascul.*
8. Die Nomina in IO seynd *Gen. Fem.* wann sie eine Sach andeuten, die keinen Leib hat:
9. Wie auch 1 Fleisch, 2 das Abendmahl, 3 ein Antheil;
10. Und die Nomina in DO, GO. Ausgenommen: 1 ein Pfund ist *Gen. Neutr.*
11. *Gen. Mascul.* seynd 2 ein Hack, 3 Sturm-Hut, 4 Ordnung, 5 Filz-Mantel, 6 Thür-Angel, 7 Karst.

U. C. D.

12. Die Nomina in U, C, D, seynd *Gen. Neutr.* Wie 1 jenes, 2 Milch, 3 Frost.
13. Die Nomina in L, T, seynd *Gen. Neutr.* Ausgenommen: *Gen. Mascul.* seynd 1 Meer-Aeschen, 2 Salz, 3 die Sonn.

AN. IN. ON.

14. Die Nomina in An, In, On, seynd *Gen. Mascul.* Ausgenommen: *Gen. Femin.* seynd 1 zarter Leinwad, 2 Nachtigall;
15. Wie auch 3 ein Eiß-Vogel. *Gen. Neutr.* hingegen seynd alle Nomina in On der andern Declination.

EN.

16. Die Nomina in En, seynd *Gen. Neutr.* Ausgenommen: *Gen. Masc.* seynd 1 Gott der Hochzeit, 2 die Nieren;
17. Wie auch 3 & 4 das Milz, 5 Hasel-Huhn, 6 Kamm, 7 Zittermahl.

AR.

18. Die Nomina in AR seynd *Gen. Neutr.* Wie 1 ein Paar, 2 Götter-Trank, 3 Hasel-Wurz.

14. *AN, IN, ON, Mas*, &c. Pæan, Siegs-Lied. Titan, die Sonn. Delphin, Meer-Schwein. Agon, Kampf. Canon, Regel. (*Neutris da cuncta Secunda.* Bárbiton, eine Leyer, Hack-Brett. Encómion, Lob-Spruch. Sympósion, Gasterey, &c. Diese seynd Griechische Nomina, und verändern bey den Lateinern das on in um, bárbitum, &c.
16. *En dábitur Neutris*, &c. Carmen, Gedicht, Lied. Lumen, Liecht. Farcímen, ein Wurst. Legúmen, Hülsen-Früchten. Bitúmen, Leim, &c.
18. *Postulat AR Neutrum* &c. Calcar, Sporn. Láquear, Spalier. Hepar, die Leber.

ER.

XIX. ER Maribus dona. Laver Hoc 1, cum Túbere 2 poſcit;
XX. Uber 3, Iter 4, Spinter 5, Laſer 6, Cicer 7, atque Papáver 8,
XXI. Ver 9, Siſer 10, atque Piper 11, cum Vérbere 12 necte Cadáver 13.

OR.

XXII. OR Maribus ſervit. Muliebris démitur Arbor.
XXIII. Accédunt Neutris Cor. 1, Ador 2, cúmque Aequore 3, Marmor 4.

UR.

XXIV. Exigit UR Neutrum. Hic Furfur 1, cum Vulture 2, Vurtur 3.

AS.

XXV. Femineum AS. Neutrum Vas vaſis 1, Fásque 2, Nefásque 3.
XXVI. Maſcula ſunt Elephas 1, Adamas 2, As 3, atque Tiáras 4:
XXVII. Cum réliquis cunctis, flectit quæ prima Pelaſgúm.

ES.

XXVIII. Eſto nomen in ES Muliebre. Sed eſto Viríle
XXIX. Limes 1, Pes 2, Fomes, 3, Termes 4 cum Pálmite 5 Trames 6.
XXX. Et Gurges 7, Merges 8, Poples 9, cum Céſpite 10, Vepres 11,
XXXI. Et Paries 12, Stipésque 13, Meri-noménque diéi 14.
XXXII. His Græcum primæ vel ternæ júngito nomen.
XXXIII. Hippómanes 1 Neutris, Pánaces 2, Cacöéthes 3 adhærent.

ER.

---

19. *ER Maribus*, &c. Ager, Acker. Anſer, die Gauß. Imber, Platz-Regen. Culter, Meſſer. Aper, Wild-Schwein. Cancer, Krebs. Carcer, Kerker.
22. *OR Maribus*, &c. Amor, die Lieb. Dolor, Schmerz. Angor, Angſt, ꝛc.
24. *Exigit UR Neutrum*, &c. Jecur, Leber. Fulgur, Blitz. Guttur, Gurgel. Sulphur, Schwefel, ꝛc.
25. *Femineum AS* &c. Hæc Lampas, Ampel. Olympias, Zeit von vier Jahren, nach deren Verlauf die Griechen ihre Olympiſche Spiel hielten. Tempeſtas, Wetter, Ungewitter.
28. *Eſto nomen in ES*, &c. Hæc Seges, aufgewachſener Saamen. Nubes, Wolke. Compes, Fuß-Eiſen. Cædes, Mord. Acies, ein Heer,

ER.

19. Die Nomina in ER seynd *Gen. Mascul.* Ausgenommen: *Gen. Neutr.* seynd 1 Brunn-Kreß, 2 Geschwulst;
20. Wie auch 3 Brust, 4 Reiß, 5 Arm-Band, 6 Meister-Wurz, it. ein Safft, 7 Erbs, 8 Mag-Saamen.
21. Imgleichen 9 der Frühling, 10 gelbe Rube, 11 Pfeffer, 12 Streich, 13 Todten-Aaß.

OR.

22. Die Nomina in OR seynd *Gen. Mascul.* Ausgenommen: *Gen. Femin.* ist *Arbor*, ein Baum.
23. *Gen. Neutr.* seynd 1 das Herz, 2 Dinkel-Korn, 3 das Meer, 4 Marmel.

UR.

24. Die Nomina in UR seynd *Gen. Neutr.* Ausgenommen: 1 Kleyen, 2 Geyer, 3 Turtel-Taub.

AS.

25. Die Nomina in AS seynd *Gen. Fem.* Ausgenommen/ *Gen. Neutr.* seynd 1 ein Geschirr, 2 recht, billig, 3 unrecht.
26. *Gen. Mascul.* seynd 1 Elephant, 2 Diamant, 3 ganze Erbschafft, 4 Haupt-Zierd:
27. Und alle Nomina in AS, so bey den Griechen der ersten Declination seynd.

ES.

28. Die Nomina in ES seynd *Gen. Femin.* Ausgenommen/ *Gen. Mascul.* seynd:
29. (1 Mark-Stein, 2 Fuß, 3 Zundel, 4 ein abgebrochener Zweig samt der Frucht, 5 Reb-Schoß, 6 Fuß-Weeg.
30. (7 Wasser-Wirbel, 8 Korn-Garb, 9 Knie-Scheib, 10 grüner Wasen, 11 Dorn-Busch.
31. (12 Wand, 13 Pfahl, Zaun-Steck, 14 Meridies, Mittag.
32. *Gen. Mascul.* seynd auch die Griechische Nomina in ES der ersten und dritten Declination.
33. Ausgenommen/ *Gen. Neutr.* seynd 1 Stücklein Fleisch an den jungen Füllen, 2 Kraut für alle Krankheiten, 3 böse Gewohnheit.

IS.

---

und alle Nomina der fünften Declination. Glacies, Eiß. Rabies, Raserey.

32. *His Græcum primæ vel ternæ* &c. Hic Tapes, Teppich, Lebes, Kessel. Aromatites, gewürzter Wein.

IS.

XXXIV. IS dato Femineis. Maribus da Piſcis 1, Aquális 2,
XXXV. Anguis 3, tum Fuſtis 4, tum Callis 5, Follis 6, & Enſis 7.
XXXVI. Menſis 8, cum Vecti 9, Torris 10, Glis 11, Poſtis 12, & Orbis 13.
XXXVII. Et Sanguis 14, Cenchris 15, Collis 16, cum Vomere 17, Caſſis 18,
XXXVIII. Múgilis 19, atque Lapis 20, Vermis 21, cum Faſce 22, Canális 23,
XXXIX. Unguis 24, tum Cúcumis 25, tum Caulis 26, Pulvis 27, & Axis 28:
XL. NIS quoque finitum, ceu Panis 1, & aſſe creáta 2.

OS.

XLI. Maſcula in OS ſunto. Dos 1, Cos 2, Muliebris & Arbos 3.
XLII. Da Chaos 1, atque Melos 2. Neutris, Os 3, Argos 4, Epósque 5.

US *Secundæ & Quartæ Declinationis.*

XLIII. Nomen in US Mas eſt, ſeu quartæ ſive ſecundæ.
XLIV. Pórticus 1, atque Tribus 2 Muliebris, Acúsque 3, Manúsque 4,
XLV. Alvus 5, Humus 6, Vannus 7, Colus 8, Idus 9 Cárbaſus 10 addes;
XLVI. Et Domus 11, & Ficus pomum 12: mas Morbus habétur.

IS

34. *IS dato Femineis*, &c. Hæc Vallis, Thal. Navis, Schiff. Clavis, Schlüſſel. Veſtis, Kleid. Vis, Gewalt. Sitis, Durſt. Tuſſis, Huſten. Turris, Thurn. Phtiſis, Lungen-Sucht. Cuſpis. Spitz eines Meſſers. Bilis, Gall, ꝛc.
40. *NIS quoque finitum*, &c. Ignis, Feuer. Amnis, Bach. Funis, Strick. Crinis, Haar. Cinis, Aſche. Vigeſſis, zwanzig Aſſes geltend. Centuſſis, hundert Aſſes.
Ausnahm: Hæc Bipennis, Hellepart. Wie auch die Griechiſche Nomina, dero Genitivus ausgehet in *idis*: Tyrannis, idis, Wüterey. Coronis, Gipfel.
41. *Maſcula in OS*, &c. Hic Mos, Gebrauch. Flos, Blum. Ros, Thau. Honos, Ehr. Heros, Held Monóceros, Einhorn.
43. *Nomen in US Mas* &c. *Secundæ Declin.* Hic Dígitus, Finger. Nodus, Knopf. Pugnus, Fauſt. Globus, Kugel. Fumus, Rauch. Hic Popu-

IS.

34. Die Nomina in IS seynd *Gen. Femin.* Ausgenommen, *Gen. Mascul.* seynd 1 ein Fisch, 2 Wasser-Geschirr, Hand-Faß.

35. (3 Schlang, 4 Knittel, Prügel, 5 gebahnter Weeg, 6. Blaß-Balg, 7 Schwerd,

36. (8 Monat, 9 Heb-Eisen, 10 glüender Brand, 11 Ratz, 12 Thür-Schwell, 13 Rundung, Kreiß.

37. (14 Blut, 15 Gattung einer Schlang, ein Raub-Vogel, 16 Hügel, 17 Pflug-Eisen, 18 Jäger-Garn,

38. (19 Meer-Fisch, 20 Stein, 21 Wurm, 22 Büschel, 23 Rinne,

39. (24 Nagel am Finger, Klau eines jeden Thiers, 25 Cucumern, 26 Kraut-Stengel, 27 Staub, 28 die Axt am Wagen.

40. Auch die Nomina in NIS seynd *Gen. Mascul.* Wie 1 Brod, 2 und die von Assis herkommen.

OS.

41. Die Nomina in OS seynd *Gen. Mascul.* Ausgenommen/ *Gen. Femin.* seynd: 1 Morgen-Gab, Heurath-Gut, 2 Wetzstein, 3 Baum.

42. *Gen. Neutr.* seynd: 1. Vermischung vieler Dingen, unausgemachte Arbeit, 2 Melodey, 3 hoc Os, oris, der Mund, hoc Os, ossis, Bein, 4 Statt in Griechenland; das Nom. Propr. eines Hirten ist *Gen. Mascul.* 5 Helden-Gedicht.

US der zweyten und vierten *Declination.*

43. Die Nomina in US der zweyten und vierten Declination, seynd *Gen. Mascul.*

44. Ausgenom. *Gen. Femin.* seynd: 1 ein bedeckter Gang, 2 Zunft, 3 hæc acus, ûs, Nadel, hic acus, i, Meer-Fisch, hoc acus, eris, Spreuer, 4 Hand,

45. (5 Bauch, 6 Erd, 7 Wanne, 8 Spinnrock, 9 in etlichen Monaten der 13te, in anderen der 15te Tag, 10 garter Leinwad.

46. (11. Haus, 12 hæc ficus, Feigen-Baum, hic ficus, Geschwär, Feigenwarz ist *Gen Mascul.*

lus, Volk. Hæc populus, Espen-Baum. Hic Laqueus, Strick. Fundus, Grund.

Quartæ Declin. Artus, Glied. Partus, Geburt. Saltus, Sprung. Risus, Gelächter.

XLVII. Plurima in OS Græca, Auſonii fecêre Latina,
XLVIII. Quæ maribus partim, ùt Prólogus 1, Paradíſus 2, adhærent;
XLIX. Partim Femineis, veluti Diphthongus 1, Erémus 2.
L. In Neutris númera Virus 1, Pelagúsque 2 profundum.

US *tertiæ Declinationis.*

LI. Póſtulat US Neutrum, quoties id tertia flexit.
LII. Hic Lepus 1, & Mus 2, Pus Græcum 3, Compoſtáque junges:
LIII. Sit tibi Femineum Lagópus; herba, volucris,
LIV. Cum Tellúre 2, Palus 3, Subſcus 4, pulcherrima Virtus 5,
LV. Atque Salus 6, pecudísque Pecus 7, quibus additur Incus 8;
LVI. Quæque ſibi Servus, juvenísque, Senéxque jugârunt.
LVII. Aes tibi ſit Neutrum. Laus 1, Fraus 2, Muliebria ſunto.

Conſonans ante S.

LVIII. S dato Femineis, ſi cónſona pónitur ante.
LIX. Eſto Virile Rudens 1, Fons 2; Pons 3, Seps léthifer anguis 4,
LX. Mons 5, Dens 6, atque Chalybs 7, Aſſis quibus addito partes 8;
LXI. Et polyſyllaba PS. Forceps dematur adunca.

X.

LXII. X dato Femineis: Sed Eryx 1, Grex 2, Maſcula ſunto;

47. Viele

---

47. *Plurima in OS Græca* &c. *Gen. Maſcul.* ſeynd: Iſthmus, enges Land zwiſchen zwey Meer. Crocus, Saffran. Scyphus, Becher. Stilus, Schreib-Art. Typus, Buchdrucker-Schrifft.
Gen. Femin. ſeynd: Dialectus, Reden-Art. Méthodus, Lehr-Art. Synódus, Verſammlung. Abyſſus, Abgrund. Papyrus, Papier.

51. *Poſtulat US Neutrum*, &c. Genus, Geſchlecht. Munus, Geſchenk. Vulnus, Wunde. Funus, Leich. Pus, Puris, Geſchwär. Rus, Feld. Jus, Recht. Corpus, Leib.

52. *Pus Græcum Compoſtáque*, &c. Hic Tripus, Dreyfuß. Melampus, Schwarz-Fuß. Apus, Vogel ohne Fuß.

58. *S dato Femineis*, &c. Dergleichen Conſonantes ſeynd vor dem S, bs, ls, ms, ns, ps, rs. Alſo: Hæc Trabs, Balken. Puls, Brey. Hyems, Winter. Frons, ntis, Stirn. Frons, ndis, Laub, Blatt. Stirps, ein Stamm. Ars, Kunſt. Cohors, Battallion, Rott. Mors, Tod.

60. *Aſſis quibus addito partes.* Dergleichen ſeynd: Hic Sextans, der ſechſte Theil eines Pfunds, zwey Unzen. Triens, der dritte Theil, vier Unzen. Quadrans, der vierte Theil, drey Unzen. Dodrans,

47. Viele Griechische Nomina in OS gehen bey den Lateiner aus in US.
48. Und seynd theils *Gen. Mascul.* Wie 1 ein Vorred, 2 Lust-Garten;
49. Theils *Gen. Eemin.* Wie 1 ein doppelter Vocális, 2 Einöde.
50. Ausgenommen *Gen. Neutr.* seynd: 1 Gifft, 2 das tiefe Meer.

US der dritten *Declination.*

51. Die Nomina in US der dritten Declin. seynd *Gen. Neutr.*
52. Ausgenom. *Gen. Mascul.* seynd: 1 Haas, 2 Maus, 3 das Griechische Nomen Pus, Fuß, und dessen Compósita:
53. *Gen. Femin.* seynd: 1 Katzen-Klee, ein Kraut, item Schnee-Huhn ein Vogel,
54. (2 Erd, 3 Pfütze, 4 ein Leiste, 5 die Tugend,
55. (6 Heil, 7 hæc Pecus, udis, hoc Pecus, ŏris, Heerd Vieh, 8 Amboß.
56. Auch die Compósita von Servus, juvenis, senex, seynd *Gen. Femin.* Sérvitus, Dienstbarkeit, Juventus, Jugend, Senectus, das unvermögliche Alter.
57. Aes, æris, Erz, Kupfer, ist *Gen. Neutr. Gen. Mascul.* 1 Lob. 2 Betrug.

Consonans vor dem S.

58. Die Nomina in S seynd *Gen. Fem.* wann vor dem S ein Consonans steht.
59. Ausgenommen/ *Gen. Mascul.* seynd: 1 ein Schiff-Seil, 2 Brunn, 3 Bruck, hic seps, eine kleine gifftige Schlang, hæc seps, Zaun-Stange,
60. (5 Berg, 6 Zahn, 7 Stahl, 8 und die Theil eines Assis oder Pfund;
61. Und die vielsylbige Nomina in PS. Ausgenommen/ Forceps, Zang, ist *Gen. Fem.*

X.

62. Die Nomina in X seynd *Gen. Fem.* Ausgenommen/ *Gen. Mascul.* seynd: 1 Berg in Sicilien, 2 Heerd Vieh;

drey Viertel, neun Unzen. Dextans, zehen Unzen am Gewicht, oder zehen Zoll lang.

61. *Et polysyllaba PS.* Hic Hydrops, die Wassersucht. Hic Chalybs, Stahl.
62. *X dato Femineis.* Pax, Fried. Lex, Gesatz. Lodix, Leilach. Falx, Sichel. Lux, Liecht. Nox, Nacht. Nix, Schnee. Pix, Pech. Perdix, Rebhun. Cicátrix, Wundmahl, Lanx, Schüssel. Nux, Nuß.

LXIII. Et Spadix 3, Bombyx vermis 4, cum Fornice 5, Phœnix 6,
LXIV. Atque Calyx 7, Coccyx 8, & Oryx 9, Varíxque 10, Calíxque 11;
LXV. Præterea Volvox 12, Quincunx 13, Septúnxque 14, Deúnxque 15,
LXVI. AX, EX finítum polyſyllabon eſto Virile.
LXVII. Feminеum Tomex 1, Halex 2, cum Simílace 3, Fornax 4,
LXVIII. Et Forfex 5, Vibex 6, Carex 7, adjunge Supéllex 8.
LXIX. Mobile fit fixum, ſi fixum mente ſubaúdis;
LXX. Unde Genus capit; ùt Sonipes, Oriénsque, Tonánsque.
LXXI. Mobile fit Neutrum, ni fixum mente ſubaudis.
LXXII. Reſpícimus fines, non ſignificata frequenter;
LXXIII. Zeugma 1, Reáte 2 ídeo petit hoc, cum Tibure 3, Cære 4,
LXXIV. Hoc Prænеſte 5, Hiſpal 6. Sulmo hic 1 ubérrimus undis,
LXXV. Martius hic Narbo 2, braccátæ gloria Gentis.
LXXVI. Hæc damnáta diu Romanis Allia faſtis.
LXXVII. Réſpicit interdum Nomen Generále Poëta,
LXXVIII. Unde ſibi meritò Genus Inferiora capeſſunt.
LXXIX. Sic Vólucrem ſéquitur Bubo, ſic Flumen Jáder.

63.

---

63. *AX, EX, finitum*, &c. Hic Apex, Gipfel. Cortex, Rinden. Cimex, Wanzen. Pulex, Floh. Index, Zeiger. Thorax, Bruſt-Lapp, Wammes.

69. *Mobile fit fixum*, &c. 70. *Unde Genus* &c. Hic Occidens, Niedergang, (Sol.) Hoc Præſens, gegenwärtig, (Tempus.) Hic Natalis, der Geburts-Tag, (Dies.) Hæc Frigida, friſch Waſſer, (Aqua.) Hæc cóntinens, veſtes Land, (Terra.) Hic Molaris, Stock-Zahn, (Dens.) Hoc altum, das Meer, (Mare.)

71. *Mobile fit Neutrum*, &c. Conſequens, decens, conveniens, æquum eſt, es iſt folglich, geziemend, billig. Dulce & decorum eſt, es iſt ſüß und fein.

72. *Reſpicimus fines*, &c. Alſo ſeynd folgende Nomina der Flüß offt *Gen. Femin.* obwolen ſie die Bedeutung eines Fluß haben: Tíberis, die Tiber in Italien. Támeſis, Tems in Engelland. Moſa, die Maaß in Niederland. Víſtula, die Weixel in Deutſchland. Scaldis, die Schelde in Niederland, ꝛc.

63. (3 Braun-roth, 4 Seiden-Wurm, hæc bombyx, Seiden, 5 Gewölb, Schwibbogen, 6 Sonnen-Vogel.
64. (7 Hülsen-Schaal, 8 Guckuck, 9 wilde Africanische Geiß, 10 Krampf-Ader, 11 Becher;
65. Wie auch 12 Reb-Wurm, 13 fünf Unzen, 14 sieben Unzen, 15 eilf Unzen an Maaß oder Gewicht.
66. Die vielsylbige Nomina in AX und EX seynd *Gen. Mascul.*
67. Ausgenommen / *Gen. Fem.* seynd: 1 Seil von Hanf, 2 Hering, 3 Iben-Baum, 4 ein Ofen,
68. Wie auch 5 eine Scheer, 6 Striemen von Schlägen, 7 Ried-Graß, 8 Hauß-Geräth.
69. Das Adjectivum wird bisweilen als ein Substantivum gebraucht.
70. Dahero hat es alsdann eben das Genus des Substantivi, welches darunter verstanden wird. Wie hic Sónipes, ein Zelter, Klepper, hic Oriens, Sonnen-Aufgang, hic Tonans, Gott des Donners, darunter verstanden wird Equus, Sol, Deus.
71. Das Adjectivum wird in *Gen. Neutro* gesetzt, wann kein Substantivum darunter verstanden wird.
72. Das Genus der Nominum wird öffters nit so wohl von dero Bedeutung, als vielmehr von dem Ausgang hergenommen;
73. Darum seynd *Gen. Neutr.* 1 eine Statt unweit von Euphráte, 2 Statt in Umbrien, 3 Statt unweit von Rom, 4 Statt in Tuscien,
74. (5 Statt in Latio bey Rom, 6 Statt in Hispania. Hingegen seynd *Gen. Masc.* 1 eine Statt in Italien, des Ovidii Vatterland,
75. (2 Statt in Languedock.
76. *Gen. Fem.* ist Allia, ein Fluß in Italien, wo die Römer von den Galliern aufs Haupt geschlagen worden seynd.
77. Die Poëten pflegen bisweilen das Genus eines allgemeinen Nominis
78. Denen hierunter begriffenen Nominibus zu zueignen.
79. Also sagen die Poëten auch hæc Bubo, ein Eul, weil Vólucris, Vogel, das allgemeine Nomen *Gen. Fem.* ist; hoc Jader, ein Fluß in der Windischen Mark, weil das allgemeine Nomen Flumen, Fluß, *Gen. Neutr.* ist.

DE NOMINIBUS INCERTI GENERIS.

LXXX. Hæc modò Femineis, Maribus modò juncta vidébis:
LXXXI. Groſſus 1, Adeps 2, Atŏmus 3, Limax 4, cum Torque 5 Phaſélus 6,
LXXXII. Scrobs 7, Serpens 8, Finis 9, cum Corbe 10 Diésque 11, Rubúsque 12.
LXXXIII. Póſtulat hic, aut hoc meritò Nar 1, Vulgus 2, & Anxur 3.

NOMINA MASCULINA APUD ORATORES, QUIBUS POETAE INTERDUM ETIAM GENERE MULIEBRI UTUNTUR.

LXXXIV. Maſcula Bubo 1, Specus 2, Cortex 3, cum Púmice 4 Pulvis 5,
LXXXV. Et Calx pars pedis 6, atque Silex 7, cum Margo 8, Palumbes 9:
LXXXVI. Proferet hæc cautè juvenis Muliébria Vates.

QUAEDAM NOMINA FEMININA, QUIBUS POETAE INTERDUM GENERE MASCULINO UTUNTUR.

LXXXVII. Eſt Muliebre Animans 1, Vólucris 2, cum Stirpe 3, Cupído 4,
LXXXVIII. Sardónychen 5 comitátur Onyx 6, Grus 7, Clunis 8, & Ales 9,
LXXXIX. Cum Talpa 10, Linter 11, cum Dama 12 Lynxque 13, Penúsque 14:
XC. Hæc Maribus tribues, cinget cùm tempora laurus.

Von

---

ETſi egómet, qui te conſolari cupio, conſolandus ipſe ſum: propterea, quòd nullam rem graviùs jam diu tuli, quàm incómmodum tuum 2): tamen te magnópere non hortor ſolùm, ſed etiam, pro amore noſtro, rogo atque oro, te colligas, virúmque præbeas, & quâ conditione omnes homines, & quibus temporibus nati ſimus, cogites. Plus tibi virtus tua dedit 3), quàm fortuna ábſtulit: propterea quòd adeptus es, quod non multi homines novi 4). Ami-

1) *Titus Fadius*, ein neuer Römiſcher Edelmann, und guter Freund des Ciceronis.

2) Dieweil mir ſchon lang nichts ſo ſehr zu Herzen gehet, als dein Unfall.

3) Du haſt durch die Zuneigung und Gunſt der Leut, mehr Ehr und Ruhm dir erworben, als durch das Unglück deines Elends verlohren.

4) Adepti ſunt. *Homines novi*, waren ſolche zum Adel neu erhebte Leut, welche, ob ſie gleich nicht von Adelichem Herkommen waren, dannoch durch ihre Tugenden zu den höchſten Ehren-Aemtern gelangten, und alſo ihren Familien einen neuen Glanz gaben.

Amisisti, quæ plurimi homines nobilissimi 5). Ea denique videtur conditio impendére legum, judiciorum, témporum, ut optimè actum cum eo videatur esse 6), qui quàm levissimâ pœnâ ab hac Republica discesserit. Tu verò, qui & fortunas, & liberos habeas, & nos, ceterósque necessitudine & benevolentiâ tecum conjunctissimos, quíque magnam facultatem 7) sis habiturus, nobiscum & cum omnibus tuis vivendi; & cùm unum 8) sit judicium ex tam multis, quod reprehendatur, ut quod unâ sententiâ, eáque dubiâ, potentiæ alicujus condonatum existimetur 9), omnibus his de causis debes istam molestiam quàm lenissimè ferre. Meus animus erit in te, liberósque tuos semper, quem tu esse vis, & qui esse debet. Vale.

---

5) Amiserunt. *Homines nobilissimi*, waren die fürnehmste Leut, deren Vorfahrer schon im Rath gewesen, und deren Bildnuß und Wappen sie ausstellen und führen konnten.

6) Daß es schiene, es seye dem am besten gerathen und geholfen.

7) Macht und Freyheit.

8) Nemlich des Pompeji.

9) Dieweil man dafür haltet, es sey einer mächtigen Person zu gefallen das Urtheil deines Elends wegen also ergangen, durch eine einzige Stimm, welche über die Zahl derjenigen gewesen, die für dich gesprochen, und welche doch noch zweifelhafftig gewesen.

Cicero Cornificio (1) Collegae S. D.

Famil. Lib. 12. *Epist.* 17.

Er berichtet dem Cornificio von der in Syrien entstandenen Unruh, wie auch von seinem Buch de Oratore, und versicheret ihn seiner beständigen Lieb. Anno U. C. 708.

XI. *Nuntia.*

GRata mihi vehementer est memoria nostrî tua, quam significâsti literis: quam ut conserves, non quòd de tua constantia dubitem, sed quia mos est, ita rogandi, rogo. Ex Syria 2) nobis tumultuosiora quædam nunciata sunt; quæ quia tibi 3) sunt propiora, quàm nobis, tuâ me causâ magis movent, quam meâ. Romæ summum otium est, sed ita, ut malis salúbre aliquod & honestum negotium; quod spero fore. Video id curæ esse Cæsari. Me scito, dum tu absis, quasi occasionem quandam & licentiam nactum, scribere audaciùs, & cetera quidem fortasse, quæ etiam tu concéderes. Sed proximè scripsi de optimo genere dicendi 5), in quo sæpe suspicatus sum, te à judicio nostro, sic scilicet, ùt doctum hominem à non indocto, paululùm dissidére. Huic

tu

1) *Quintus Cornificius*, hielte zugleich mit Cicerone an um das Burgermeister-Amt, ware mit ihm zugleich hernach Augur, und endlich Statthalter in Africa.

2) Eine Provinz in Asien. Es ist uns aus Syrien berichtet worden, als wann allda einige Unruhen und Empörungen entstanden.

3) Weil du als Statthalter in Africa näher dabey ist.

4) Daß du lieber wolltest etwas, als nichts zu thun haben.

5) Er verstehet sein Buch de Oratore, welches unter denen Operibus Ciceronis mit befindlich, darinnen er zeigt, was zu einem vollkommenen Redner erforderet werde.

tu libro 6) maximè velim ex animo: ſi minùs, gratiæ causâ 7) ſuffragére. Dicam tuis, ut eum, ſi velint, deſcribant, ad téque mittant. Puto enim, etiamſi rem minùs probabis, tamen in iſta ſolitudine, quidquid à me profectum ſit, jucundum tibi fore. Quòd mihi exiſtimationem tuam, dignitatémque commendas, facis tu quidem omnium more; ſed velim ſic exiſtimes, me cùm amori, quem inter nos mutuum eſſe intelligam, plurimum tribuam, tum de ſummo ingenio, & de ſtudiis tuis optimis 8), & de ſpe ampliſſimæ dignitatis 9) ita judicare, ut neminem tibi anteponam, comparem paucos. Vale.

---

6) *Cornificius* hatte auch ein Buch geſchrieben de arte Rhetorica, von der Red-Kunſt, welche er wohl verſtunde, darum bittet ihn der Cicero, er wolle dem Buch de Oratore einen Beyfall geben.

7) Mir (dem Ciceroni) zu gefallen.

8) Nemlich Philoſophicis. Von der Wiſſenſchafft der Welt-Weisheit.

9) Von der Hoffnung eines anſehnlichen und vornehmſten Ehren-Amts.

SECTIO

SECTIO II.

LOCI ILLUSTRIORES
EX OPTIMIS AUCTORIBUS SELECTI, AD CONSUETAM IN SCHOLIS EXPLICATIONEM AUCTORIS ACCOMMODATI.

PRAEFATIO.

MUltorum de re literaria optimè meritorum sententia est, fieri quàm commodissimè, si altera pro Classe ex perpetuis optimorum Auctorum scriptis illustriores loci eligerentur, qui publicæ in scholis explicationi servirent: Inde linguæ Latinæ virtutes probè æstimari, formari stilum, ac multiplicem in reliquam vitam eruditionem jucundà varietate parari: privatam porro lectionem in uno Auctore optimæ notæ haud inutiliter poni. Prudenti consilio morem gesturi, exhibemus electas è Latinis scriptoribus historias, & insigniores periochas potissimum è CICERONE, & JULIO CAESARE & nonnullis aliis; ii autem quales fuerint, è sequentibus patebit. De Cicerone autem Romanæ eloquentiæ Parente,

cujus,

cujus, ex Ludovici Vives opinione, *doctiora sunt errata, quàm nostra omnia bene dicta*, in præsens silemus.

C. JULIUS CAESAR, cujus dicendi ratio majestatem quandam cum incredibili venustate & simplicitate conjunctam habet, qualis Imperatorem tantum decet. Scripsit *de Bello Gallico libros* 8, *& de Bello Civili libros* 3. *Belli Gallici librum* 8*vum* item *de Bello Alexandrino & Africano commentarios* plerique A. Hirtio, quidam Oppio, utrique Cæsaris amico vindicant. Privatæ Secundanorum lectioni is Auctor præcipuè inservit. Magnopere autem juvat, si ad hunc ceterósque Auctores classicos legendos editio aliqua commodior, quales ferè novissimæ sunt, adhibeatur.

TITUS LIVIUS Patavinus sub Augusto & Tiberio floruit. Ediderat centum quadraginta duos libros ab urbe condita usque ad Drusi mortem: supersunt tantùm quinque & triginta. Laudatur in eo ubertas, amplitudo, & plena Majestatis ac roboris eloquentia.

Q. CURTIUS RUFUS Alexandri Magni res gestas illustravit libris decem, quorum duo primi desiderantur: supplevit eos *Freinshemius*. Genus dicendi sectatur maximè purum & Latinum, quo uno argumento dicendus est sub Claudio Imperatore potiùs, quàm sub Vespasiano vixisse.

LOCI ILLUSTRIORES
EX
CICERONE, JULIO CAESARE,
ALIISQUE OPTIMAE NOTAE
SCRIPTORIBUS.
DE DEO,
PRUDENTIA, JUSTITIA, FORTITUDINE & TEMPERANTIA.

Agnoscimus Deum ex operibus.

PUlchritudo mundi, ordo rerum cœlestium, conversio solis, lunæ, siderúmque omnium satis indicant aspectu ipso, ea omnia non esse fortuita: & cogunt nos confiteri, inesse aliquem non solùm habitatorem in hac cœlesti ac divina domo, sed etiam rectorem & moderatorem, & tanquam architectum tanti operis, tantíque muneris. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 72. 2. *de nat. Deor.* c. 5. & 35.

Ut siquis in domum aliquam, aut in gymnasium, aut in forum venerit, cùm videat omnium rerum rationem, modum, disciplinam, non possit ea sine causa fieri judicare; sed esse aliquem intelligat, qui præsit, & cui pareatur; multò magis in tantis motionibus, tantísque vicissitudinibus tam multarum rerum atque tantarum ordinibus, in quibus nihil unquam immensa & infinita vetustas mentita sit, statuat, necesse est, ab aliqua mente tantos naturæ motus gubernari. *Ibid.* c. 5.

Homo præcipuum opus Dei.

ANimal hoc providum, ſagax, multiplex, acutum, memor, plenum rationis, & conſilii, quem vocamus hominem, præclara quadam conditione generatum eſt à ſupremo Deo. Solum eſt enim ex animantium generibus atque naturis particeps rationis & cogitationis, cùm cetera ſint omnia expertia. Quid eſt autem, non dicam in homine, ſed in omni cœlo atque terra ratione divinius? Quæ cùm adolevit atque perfecta eſt, nominatur ritè ſapientia. *Cic.* I. *leg.* c. 7.

Propter ingeneratam homini à Deo rationem eſt aliqua ei cum Deo ſimilitudo, cognatio, ſocietas. Itaque ad hominum commoditates & uſus tantam rerum ubertatem natura (hoc eſt, Deus) largita eſt, ut ea, quæ gignuntur, donata conſultò nobis, non fortuitò nata videantur. &c. Artes præterea innumerabiles repertæ ſunt docente naturâ: quam imitata ratio, res ad vitam neceſſarias conſecuta eſt. *Ibid. cap.* 8.

Ipſum hominem éadem natura non ſolùm celeritate mentis ornavit, ſed etiam ſenſus, tanquam ſatellites, attribuit, ac nuntios: & rerum plurimarum obſcuras & neceſſarias intelligentias enudavit, quaſi fundamenta quædam ſcientiæ, figuráinque corporis habilem & aptam ingenio humano dedit. Nam cùm ceteras animantes abjeciſſet ad paſtum, ſolum hominem erexit, ad cœlíque, quaſi cognationis domiciliíque priſtini conſpectum, excitavit. *Ibid. cap.* 9.

Pronáque cùm ſpectent animalia cetera terram,
Os homini ſublime dedit, cœlúmque videre
Juſſit, & erectos ad ſidera tollere vultus.

Ovid. I. *Met. v.* 84.

Omitto opportunitates, habilitatésque reliqui corporis, moderationem vocis, orationis vim, quæ conciliatrix eſt humanæ maximè ſocietatis. *Cic.* I. *de Leg.* c. 9.

Dii veterum Gentilium, & Sacrificia.

QUi ſunt affecti gravioribus morbis, quíque in præliis periculíſque verſantur, aut pro victimis homines immolant, aut ſe immolaturos vovent; quòd pro vita hominis niſi vita hominis redda-

reddatur, non posse aliter Deorum immortalium Numen placari arbitrantur; publicéque ejusdem generis habent institura sacrificia. Alii immani magnitudine simulacra habent, quorum contexta viminibus membra vivis hominibus complent; quibus succensis, circumventi flammâ, exanimantur homines. Supplicia eorum, qui in furto, aut latrocinio, aut aliqua noxa sint comprehensi, gratiora Diis immortalibus esse arbitrantur. Sed cùm ejus generis copia deficit, etiam ad innocentium supplicia descendunt. *Jul. Cæs. de bell. Gall. L.* 6. c. 16.

Deum maximè Mercurium colunt. Hujus sunt plurima simulacra. Hunc omnium inventorem artium ferunt; hunc viarum atque itinerum ducem, hunc ad quæstus pecuniæ, mercaturásque habere vim maximam arbitrantur. Post hunc, Apollinem & Martem, & Jovem, & Minervam. De his eandem ferè, quam reliquæ gentes, habent opinionem: Apollinem morbos depellere; Minervam operum, atque artificiorum initia tradere; Jovem imperium cœlestium tenere; Martem bella regere. Huic, cùm prælio dimicare constituerunt, ea, quæ bello ceperunt, plerumque dévovent; quæ superaverint animalia capta immolant, reliquásque res in unum locum conferunt. Multis in civitatibus harum rerum exstructos cumulos locis consecratis conspicari licet. Neque sæpè accidit, ut neglectâ quispiam religione, aut capta apud se occultare, aut posita tollere auderet: graviſſimúmque ei rei supplicium cum cruciatu constitutum est. *Ibid.* c. 17.

Scientia pabulum animi.

IN ipsis rebus, quæ discuntur & cognoscuntur, insunt profectò invitamenta quædam, quibus moveamur ad discendum, cognoscendúmque. Etenim, nónne videmus eos, qui ingenuis studiis, atque artibus delectantur, nec valetudinis, nec rei familiaris habere rationem, omniáque pérpeti, ipsâ cognitione & scientiâ captos? & cum maximis curis & laboribus compensare eam, quam ex discendo capiant, voluptatem? Quem ardorem studii censeris fuisse in Archiméde, qui, dum in pulvere describeret quædam attentiùs, ne senserit quidem Syracusas, patriam suam, esse captas? *Cic.* 5. *de Fin.* c. 18. &c.

Quid de Pythágora & Platóne loquar, qui judicaverunt veniendum sibi esse eò, ubi aliquid esset, quod disci posset, tantas

regiones barbarorum pedibus obiêrunt, tot maria transmiſerunt? Quid de Demócrito, qui dicitur oculis ſe privâſſe, certè ut quàm minimè animus à cogitationibus abduceretur, qui patrimonium neglexit, agros deſeruit incultos? *Ibid. cap.* 29.

Pertinax labor & diſciplina naturam vincunt.

IN Demóſthene Græcorum Oratorum principe, tantum diſcendi ſtudium fuiſſe, tantúsque labor dicitur, ut primùm impedimenta naturæ diligentiâ atque induſtriâ ſuperârit. Cúmque ita balbus eſſet, ut ejus ipſius artis, cui ſtuderet, primam literam non poſſet dicere; perfecit meditando, ut nemo planiùs eo locutus putaretur. Deinde perduxit ad gratum auribus ſonum vocem ſuam, quæ propter exilitatem acerba erat. Láterum firmitate deſtitutus, mutuatus eſt à labore eas vires, quas corporis habitus negaverat. Conjectis in os calculis, ſummâ voce verſus multos uno ſpiritu pronuntiare conſueſcebat: neque is conſiſtens in loco, ſed inambulans, atque adſcenſu ingrediens arduo. *Cic.* I. *de Orat.* C. 6. *Valer. Quintil.*

Literæ ſolatia ſunt hominis.

SI non tantus fructus perciperetur ex liberalium artium ſtudiis, quantum percipi conſtat, ſed ex his delectatio ſola peteretur: tamen hæc animi remiſſio judicanda eſſet libero homine digniſſima. Nam ceteræ neque temporum ſunt, neque ætatum omnium, neque locorum. Hæc ſtudia adoleſcentiam alunt, ſenectutem oblectant, ſecundas res ornant, adverſis ſolatium ac perfugium præbent, delectant domi, non impediunt foris, pernoctant nobiscum, peregrinantur, ruſticantur. *Cic. pro Archia.* c. 7.

Videmus literas & ingenuas artes non ſolùm beatæ vitæ oblectationem eſſe, ſed etiam levamentum miſeriarum. Itaque multi, cùm in poteſtate eſſent hoſtium aut tyrannorum, multi in cuſtodia, multi in exilio dolorem ſuum doctrinæ ſtudiis levaverunt. Demetrius Phalereus, cùm è patria pulſus eſſet injuriâ, ad Ptolemæum ſe regem Alexandriam contulit, qui cùm in hac ipſa Philoſophia, ad quam te hortamur, excelleret, Theophraſtíque eſſet auditor, multa præclara in illo calamitoſo otio ſcripſit. &c. *Cic.* 5. *de fin.* c. 10.

2. Quam-

2. Quamdiu respublica (Romana) per eos gerebatur, quibus ſe ipſa commiſerat, in eam curas, cogitationésque ferè omnes ſuas conferebat Cicero, & plus operæ ponebat in agendo, quàm in ſcribendo. Cùm autem dominatu unius Julii Cæſaris omnia tenerentur, non ſe angoribus dedidit, quibus fuiſſet confectus, nec indignis homine docto voluptatibus. Fugiens conſpectum ſceleratorum, quibus omnia redundabant, urbe relicta, rura peragrabat, abdebátque ſe, quantùm licebat, & ſolus erat. Cùm verò nihil agere animus ejus non poſſet, neque vellet languere eam ſolitudinem, quam ipſi adferebat neceſſitas, non voluntas; exiſtimavit moleſtias honeſtiſſimè deponi poſſe, ſi ſe ad Philoſophiam retuliſſet, cui adoleſcens multum temporis tribuerat, diſcendi causâ: omne ſtudium curámque convertit ad ſcribendum; atque ut, qui antea occupatus profuerat civibus, ſic aliquid quoque iis prodeſſe poſſet otioſus; elaborat, versâ republica ſit melior & ſapientiores, pluráque breviter locuplerat. Sic paruit virorum ſapientùm multis annis ante docent non ſolùm ex malis eligere minima oportere, ſed etiam excerpere ex his ipſis, ſiquid inſit boni. *Cic. 2. offic. c. 1. it. 3. off. c. 1. & 1. Tuſ. c. 3.*

Modeſtia conjuncta cum doctrina.

DIcebat doctiſſimus, idémque ſapientiſſimus Socrates: *ſcire ſe nihil præter hoc ipſum, quod nihil ſciret. Diog. Laërt. in Socrat. ſegm.* 32.

Magna eſt admiratio copiosè, ſapientérque dicentis: quem qui audiunt, intelligere etiam, & ſapere plus, quàm ceteros arbitrantur. Si verò ineſt in oratione mista modeſtiæ gravitas, nihil admirabilius fieri poteſt, eóque magìs, ſi ea ſunt in adoleſcente. *Cic. 2. offic. c.* 14.

Juſtitia omni ratione colenda.

NEmo juſtus eſſe poteſt, qui mortem, qui dolorem, qui exilium, qui egeſtatem timet, aut qui ea, quæ his ſunt contraria, æquitati anteponit. *Cic. 2. offic. c.* 11.

Quo tempore Callicratĭdas, Lacedæmoniorum claſſi præfectus, pecuniâ maximè indigebat ad annonam nautis comparandam; ac-

ceſsêre ad eum quidam amici Lyſandri, & oblatis talentis quinquaginta, poſtulaverunt unum quemdam ex inimicis ſibi condonari necandum; quos ille, quia æquitatem pecuniæ anteponebat, valere juſſit. Aderat tum Cleander; qui cùm dixiſſet: *Ego verò oblatam pecuniam accepiſſem, ſi Callicratidas fuiſſem.* *Et ego*, reſpondit Callicratĭdas, *ſi Cleander.* Sic Alexander M. Parmeniónı ſuadenti, ut acciperet pecuniam à Darío oblatam ad redimendam pacem, reſpondit: *Et ego pecuniam, quàm gloriam, mallem, ſi Parménio eſſem.* *Plut. Apopht. Lacon. T. II. Q. Curt. L. 4. c. 11.*

Ab alio exſpectes, alteri quod feceris.

SYracúſis pulſus à Dionyſio tyranno Dion Megáram petiêrat. Ubi cùm Theodotum Principem ejus urbis domi convenire vellet, neque admitteretur, *non ferendum* ejus diúque ante fores retentus, comiti *gradu dignitatis noſtræ eſſemus, aliquin* [illegible] *enim & nos*, tranquillitate conſilii, ipſe ſibi conditionem exilii placuit. Oua didit. *P. Syrus. v. 3. Val. l. 4. c. 1.*

Vulpes ad cœnam dicitur ciconiam
Prior invitâſſe, & illi in pátera liquidam
Poſuiſſe ſorbitionem, quam nullo modo
Guſtare eſuriens potuerit ciconia:
Quæ vulpem cùm revocaſſet, intríto cibo
Plenam lagénam poſuit: huic roſtrum inſerens
Satiatur ipſa, torquet convivam fame:
Quæ cùm lagenæ fruſtra collum lambĕret,
Peregrinam ſic locutam volucrem accepimus:
Sua quisque exempla debet æquo animo pati.

Phæd. L. 1. Fab. 26.

Ex omni vita ſimulatio tollenda eſt.

C. Canius, eques Romanus, (homo) nec infacetus, & ſatis literatus, cùm ſe Syracuſas, otiandi (ùt ipſe dicere ſolebat) non negotiandi causâ contuliſſet, dictitabat ſe hortulos aliquos velle emere, quò invitare amicos, & ubi ſe oblectare ſine interpellatoribus poſſet. Quod cùm percrebuiſſet, Pythius ei quidam, qui argentariam faceret Syracuſis, (dixit) venales quidem ſe hortos non habere, ſed licere uti Canio, ſi vellet, ùt ſuis. Et ſimul ad

cœnam

cœnam hominem in hortos invitavit in posterum diem. Cùm ille promisisset, tum Pythius, qui esset ùt argentarius apud omnes ordines gratiosus, piscatores ad se convocavit, & ab his petivit, ut ante suos hortulos postridie piscarentur, dixítque, quid eos facere vellet.

Ad cœnam tempore venit Cánius. Opiparè à Pythio apparatum (erat) convivium. Cymbarum ante oculos multitudo: pro se quisque, quod ceperat, afferebat; ante pedes Pythii pisces abjiciebantur. Tum Canius: *Quæso*, inquit, *quid est hoc Pythi? tantúmne piscium, tantúmne cymbarum?* Et ille: *Quid mirum?* inquit, *hoc loco est, Syracusis quidquid est piscium; hæc aquatio; hæc villâ isti carere non possunt.* Incensus cupiditate Canius contendit à Pythio, ut (hortos) venderet. Gravatè ille primò. Quid multa? impetrat. (tandem Canius) Emit (hortos) homo cupidus tanti, quanti voluit Pythius, & emit instructos. Nomina facit, negotium conficit.

II. Invitat (in hortos) Canius postridie familiares suos, venit ipse maturè, scalmum nullum videt. Quærit ex proximo vicino, num feriæ quædam piscatorum essent, quòd eos nullos videret: *Nullæ* (*quod sciam*), inquit ille, (hodie piscatorum feriæ sunt;) *sed hìc piscari nulli solent. Itaque herì mirabar, quid accidisset.* Stomachari Canius; sed quid faceret? nondum enim Aquilius (a) collega & familiaris meus, protulerat de dolo malo formulas.

(a) *Aquilius, præstans Jurisconsultus, prætor fuerat ante Ciceronem.*

Ergo & Pythius, & omnes aliud agentes, aliud simulantes, perfidi, improbi, malitiosi sunt. (nam) Ex omni vita simulatio tollenda est. Ratio igitur postulat, nequid insidiosè, nequid simulatè, nequid fallaciter (fiat.) Ita nec ut emat melius, nec ut vendat, quidquam simulabit, aut dissimulabit (vir bonus); sive vir bonus est is, qui prodest, quibus potest, nocet nemini: certè istum virum bonum non facilè reperimus.

Hoc quanquam video, propter depravationem consuetudinis, neque more turpe haberi, neque aut lege sanciri, aut jure civili: tamen naturæ lege sancitum est. *Cic. L. 3. de Offic. C. 14. & seqq.*

Fides jurisjurandi cum hoſte ſervandà.

ATque etiam ſiquid ſinguli, temporibus adducti, hoſti promiſerint, eſt in eo ipſo fides ſervanda. Eſt enim jusjuranduin affirmatio religioſa: quod autem affirmatè, quaſi Deo teſte promiſeris, id tenendum eſt. *Cic.* 1. *offic. c.* 13. 3. *offic. c.* 29.

Ut primo punico bello (M. Atílius) Regulus (conſul iterum in Africa) captus à Pœnis, cùm de captivis commutandis Romam miſſus eſſet, juraſſétque ſe Carthaginem rediturum, (niſi impetrâſſet, ut Pœnis redderentur captivi nobiles quidam) quid fecit? in Senatum venit, mandata expoſuit, primùm ſententiam ne diceret recuſavit, quamdiu jurejurando hoſtium teneretur, non eſſe ſe Senatorem. Atque illud etiam reddi captivos negavit eſſe utile; illos enim adoleſcentes eſſe, & bonos duces, ſe jam confectum ſenectute. Cujus cùm valuiſſet auctoritas, captivi retenti ſunt, ipſe Carthaginem rediit: neque eum charitas patriæ retinuit, nec ſuorum. *Cic. l.* 1. *Offic.* c. 13. *& l.* 3. c. 27.

Neque verò tum ignorabat (Regulus) ſe ad crudeliſſimum hoſtem, & ad exquiſita ſupplicia proficiſci; ſed jusjurandum conſervandum putabat. Itaque tum, cùm vigilando (aliísque cruciatibus) necabatur, erat in meliori cauſa, quàm ſi domi ſenex captivus, perjurus, conſularis remanſiſſet. Senatui niſi ipſe auctor fuiſſet (retinendorum Romæ captivorum), captivi profectò Pœnis redditi eſſent. Ita incolumis in patria Regulus reſtitiſſet. Quod quia patriæ non utile putavit, idcirco ſibi honeſtum, & ſentire illa & pati credidit. L. 3. c. 30.

Sed ex nota hac laude Reguli (inquit Cicero) unum illud eſt admiratione dignum, quòd captivos (Pœnos) retinendos cenſuerit. Nam quòd rediit, nobis nunc mirabile videtur: illis quidem temporibus aliter facere non potuit. Itaque iſta laus non eſt hominis, ſed temporum. Nullum enim vinculum ad adſtringendam fidem jurejurando Majores arctius eſſe voluerunt. L. 3. c. 31.

Octo Romanorum millia poſt Cannenſem pugnam in Pœnorum manus venerant. Cùm Hannibal illis redimendi ſe copiam feciſſet, decem elegerunt, qui Romam ad Senatum irent. Nec Pœni pignus aliud fidei ab eis poſtulârunt, quàm ut jurarent, ſe in caſtra redituros, niſi à ſenatu impetrâſſent captivos redimi. Cùm egreſſi è caſtris eſſent, unus ex iis, minimè Romani ingenii homo, in caſtra

ſtra paulò poſt reverſus, quaſi eſſet oblitus, ante noctem comites adſecutus eſt, Jurejurando ſe ſolutum putabat, & erat verbis, re non erat. *Livius*, l. 22. c. 58. *Cic.* 1. *Offic.* c. 13. & 3.

Legatis captivorum in Senatum introductis eorum Princeps M. Junius multa dixit, cur captivi redimendi eſſent & ad movendam Patrum miſericordiam nihil omiſit. Ubi is finem fecit, extemplò ab ea turba, quæ in comitiis erat, clamor flebilis eſt ſublatus, manúsque ad curiam tendebant, orantes, ut ſibi liberos, fratres, cognatos redderent; feminas quoque metus ac neceſſitas turbæ huic virorum in foro immiſcuerat. Conſulti ex ordine Senatores decreverunt, captivos non eſſe redimendos, cùm id parvâ pecuniâ fieri poſſet; ut eſſet inſitum militibus Romanis aut vincere aut mori. Cùm triſte reſponſum, *non redimi captivos*, redditum eſſet, novúsque ſuper veterem luctus tot jacturâ civium rejectus eſſet, cum magnis fletibus queſtibúsque legatos ad portam perſecuti ſunt. Unus ex iis domum abiit, quòd fallaci reditu in caſtra jurejurando ſe exſolviſſet. Quod ubi innotuit, relatum ad ſenatum eſt. Omnes cenſuerunt comprehendendum, & cuſtodibus publicè datis deducendum ad Hannibalem eſſe. *Livius, ibid.* c. 60. & 61.

Dulce & decorum eſt pro patria mori.

REx Athenienſium Codrus, cùm ingenti (Dorienſium) exercitu Attica Regio debilitata ferro igníque vaſtaretur, diffidentiâ humani auxilii ad Apollinis Delphici oraculum confugit, pérque legatos ſciſcitatus eſt, quonam modo illud tam grave bellum diſcuti poſſet. Reſpondit Deus: *ita illi finem fore, ſi ipſe hoſtili manu occidiſſet.* Quod quidem non ſolùm in totis Athenienſium caſtris, ſed etiam contrariis percrebuit. Eóque factum eſt, ut ediceretur, nequis Codri corpus vulneraret. Id poſtquam cognovit, depoſitis inſignibus imperii, familiarem cultum induit, ac pabulantium hoſtium globo ſe ſe objecit, unúmque ex his falce percuſſum in cædem ſuam compulit. Cognito Regis corpore Dorienſes fine prælio diſcedunt. Atque ita Athenienſes virtute ducis ſalute patriæ morti ſe offerentis, bello liberantur. Eos ab ignavis non miretur, qui iis artibus mortem quæſiêrit, vita quæri ſolet. *Valer.* l. 5. c. 6. *Juſtin.* c. 6.

Sit gratus erga magiſtrum diſcipulus.

Cùm Cicero natus, vivente avo, in parva villa, dixiſſet Attico, ſe eo loco maximè delectari, his verbis reſpondit ei Atticus: Ego verò tibi iſtam juſtam cauſam puto, cur huc libentiùs venias, atque hunc locum diligas. Quin ipſe verè dicam, ſum illi villæ amicior modò factus, atque huic omni ſolo, in quo tu ortus & procreatus es. Movemur enim, neſcio quo pacto, locis ipſis, in quibus eorum, quos diligimus, aut admiramur, adſunt veſtigia. Me quidem ipſæ illæ noſtræ Athénæ non tam operibus magnificis, exquiſitíſque antiquorum artibus delectant, quàm recordatione ſummorum virorum, ubi quisque habitare, ubi ſedere, ubi diſputare ſit ſolitus; ſtudioſéque eorum etiam ſepulchra contemplor. Quare iſtum, ubi tu es natus, plùs amabo poſthac locum. *Cic. 2. de leg. cap. 2.*

Cùm Pythagoras accepiſſet, Pherecydem, qui ejus præceptor fuerat, in Inſula Delo graviſſimè ægrotare, confeſtim ex Italia in Inſulam navigavit: ubi cùm, aliquamdiu ſeni fomenta adhibuiſſet ſtudiosè, nihílque omiſiſſet, quo ad priſtinam valetudinem eum revocaret, tandem ſenectute & morbi vi ſuperatum ſedulò ſepeliit: & poſtquam ei, tanquam patri filius, juſta perſolvit, rurſus in Italiam reverſus eſt. *Diod. Sic. l.* 6.

Cùm Tyri obſidio non ex animi ſententia Alexandri procederet; ne ſegniter adſidere uni urbi videretur, operi Perdiccam Craterúmque præfecit; ipſe cum expedita manu Arabiam petit. Ibi magnum in periculum venit propter pædagogum ſuum Lyſimăchum, qui comitari eum voluerat, jactans ſe neque animo inferiorem eſſe, neque ætate graviorem Phœníce, olim Achillis primùm educatore, deinde ad bella comite. Nam ubi ad montana ventum eſt, & relictis equis iter pedibus faciendum fuit, Alexander nocte ingruente, & hoſtibus circa vagantibus, fatiſcentem ac defeſſum ſenem deſerere haud ſuſtinuit, ſed & verbis excitavit, & adminiculo corporis ſui adjuvit: ita ut ab exercitu ſuo, qui longiùs proceſſerat, diſtractus, noctem egerit in tenebris, & acri gelu, locísque aſperis. *Q. Curt. l. 4. c. 4. Plut. in Alex.*

Amicus amicum non minùs diligat, quàm ſeipſum.

SIquis ſapiens amicitiam tueri velit, eodem modo erit affectus erga amicum, quo in ſe ipſum, & eosdem labores ejus causâ ſuſci-

ſuſcipiet, quos propter ſe ſuſceperit. Lætabitur amici lætitiâ æquè ac ſuâ, & pariter dolebit ejus angoribus. Eſt enim, ùt dicunt, fœdus quoddam ſapientum, ut non minùs amicos, quàm ſe ipſos diligant. Quod & fieri poſſe intelligimus, & aliquando videmus: perſpicuúmque eſt, nihil ad jucundè vivendum reperiri poſſe tali conjunctione aptius. *Cic.* I. *de Fin.* c. 10.

Damon & Pythĭas, Pythagóricæ prudentiæ ſacris initiati, tam fidelem inter ſe amicitiam junxerant, ut mori parati eſſent alter pro altero. Cùm eorum alter à Dionyſio tyranno nece damnatus, impetrâſſet tempus, quo profectus domum res ſuas ordinaret; alter vadem ſe pro reditu ejus tyranno dare non dubitavit, ita ut ſi ille non revertiſſet ad diem, moriendum eſſet ſibi ipſi. Igitur omnes & inprimis Dionyſius cupidè exſpectabant novæ atque ancipitis rei exitum. Appropinquante deinde definitâ die, nec illo redeunte, unusquisque ſtultitiæ tam temerarium ſponſorem damnabat. At is nihil ſe de amici fide metuere prædicabat. Et verò ille ad diem dictam ſupervénit. Admiratus eorum fidem tyrannus petivit, ut ſe in amicitiam tertium reciperent, & ſupplicio liberavit eum, qui morte erat plectendus. *Valer.* l. 4. c. 7. *Cic.* c. 10. *Diodor.* l. 6.

Alter.

...rtus in re incerta cernitur.

SIncéræ fidei amici [illegible] quibus quidquid præſtat[illegible] adverſis rebus cognoſcuntur, in proficiſcitur. Felicitatis cultus maj[illegible] à conſtanti benevolentia charitati erogatus, certè ſuſpectus eſt: [illegible]te adulationi, quàm petat, quàm impendat &c. Tenaciùs igitur [illegible]ſi plus ſemper ſteritatis memoria apprehendit, qui adverſos amicor[illegible]ina poderuerunt, quàm qui proſperum vitæ curſum comitati ſunt. [illegible]n mo de Sardanapali familiaribus loquitur. Oreſtes Pylade amico, quàm Agamemnone patre pene notior eſt. Siquidem illorum amicitia in conſortione deliciarum & luxuriæ contabuit: horum duræ atque aſperæ conditionis ſolatium ipſarum miſeriarum experimento enituit, & immortalem apud poſteros famam eſt adepta. Quid enim celebratum magìs, quàm illa Pyladis atque Oreſtis coram Rege Thoante plena amoris contentio, uter moreretur? Dum alter nititur ab altero depellere crimen, & criminis pœnam in ſe transferre: dum ignorante rege: uter eorum ſit Oreſtes, Pylades Oreſtem ſe eſſe dicit, ut pro illo necetur; Oreſtes autem

ita,

ita, ùt erat, Oreſtem ſe eſſe perſeverat. Qui clamores Romæ totâ caveâ excitati ſunt in M. Pacuvii de Oreſte & Pylade fabula? ſtantes plaudebant in re ficta: quid arbitramur in vera fuiſſe facturos? Facilè indicabat ipſa natura vim ſuam, cùm homines, quod facere ipſi non poſſent, id rectè fieri in altero judicarent. *Valer.* l. 4. c. 7. *Cic. de Amic.* c. 7. *& de Fin.* l. 5. cap. 22.

Fortitudo militaris.

EPaminondas non Thebanorum modò, ſed omnium ætatis ſuæ Græcorum ſinè controverſia princeps extitit. Antequam eo duce uterentur Thebani, nullum memorabile bellum geſſerunt, & eo extincto, ſuis tantùm cladibus inſignes fuêre; ut manifeſtum ſit, patriæ gloriam & natam & extinctam cum eo fuiſſe. Quàm fortiter verò & libenter vitam pro patria profuderit, hæc declarant, quæ de ejus morte narrantur. Hic extremo tempore Imperator (Thebanorum) apud (urbem) Mantinéam, cùm acie inſtructâ audaciùs inſtaret hoſtibus, cognitus à Lacedæmoniis, quòd in unius pernicie (ejus) patriæ ſitam putabant ſalutem, univerſi in unum impetum fecerunt, neque priùs abſceſſerunt, quàm magnâ cæde factâ, multísque occiſis, fortiſſimè ipſum Epaminondam pugnantem, ſparo (haſtili) eminus percuſſum, conſecutuliſſent runt. Epaminondam exſpiranti ſimilem cùm [illegible]os agnovit, & ſui, paulatim redeunte animo circumſtan[illegible], ſimúlque ſi ferrum, animadvertit, mortiferum ſe vulnus extraheretur, animam ſtaquod ex haſtili in corpore re[illegible], *ſalvúsne eſſet clypeus?* cùm ſaltim amiſſurum. Tum audiſſent, rogavit, eſſéntne fuſi hoſtes? vum eſſe flentes, ùt cupiebat, audiviſſet, *bene ſe res habet*, incúmque id - *vixi.* Tum evelli juſſit eam, quâ transfixus erat, quit[illegible], & multo ſanguine profuſo in lætitia & in victoria eſt mortuus. *Diodor. Frag. Juſtin.* l. 6. *Corn. Nep. in Epam.* c. 9. *Cic. l.* I. *de Fin.* c. 29.

Quòd verò de clypeo ſuo ſollicitus fuerit Epaminondas, mirum non debet videri. Nihil enim apud Græcos, atque inprimis Lacedæmónios magìs dedécori erat militi, quàm è pugna reverti amiſſo clypeo: quemadmodum ſummæ laudi ducebatur, militem vulneribus adverſo corpore acceptis occiſum, & clypeo impoſitum in patriam reportari. Unde mulier Lacæna filio ad bellum proficiſcenti ſcutum tradens dixiſſe fertur: *Aut hoc, aut in hoc*; id

eſt;

eſt: aut hoc ſcutum domum refer à pugna, aut ipſe in hoc ſcuto jacens domum reportéris. *Plut. Apopht.*

Audendum aliquid.

SUorum militum ſtudio, vocibúsque excitatus Cæſar, etſi timebat maximo flumini exercitum objicere, cōtandum tamen atque experiendum judicat. Itaque infirmiores milites ex omnibus centuriis deligi jubet, quorum aut animus, aut vires videbantur ſuſtinere non poſſe; hos cum legione tinâ præſidio caſtris relinquit, reliquas legiones expeditas educit, magnóque numero jumentorum in flumine ſupra atque infra conſtituto, traducit exercitum. Pauci ex his militibus vi fluminis abrepti, ab equitatu excipiuntur ac ſublevantur; interiît tamen nemo. *Jul. Cæſ. L. I. de Bell. Civ. cap.* 64.

Arioviſti Germanorum Regis generoſa reſponſa.

HIs rebus cognitis, Cæſar Gallorum animos verbis confirmavit; pollicitúsque eſt, ſibi eam rem curæ futuram: magnam ſe habere ſpem, & beneficio ſuo, & auctoritate adductum Arioviſtum, finem injuriis facturum. Hac oratione habitâ, concilium dimiſit. Et ſecundum ea multæ res eum hortabantur, quare ſibi eam rem cogitandam, & ſuſcipiendam putaret: inprimis, quod Aeduos, fratres conſanguineósque ſæpenumero ab Senatu appellatos, in ſervitute atque in ditione videbat Germanorum teneri, corúmque obſides eſſe apud Arioviſtum ac Sequanos intelligebat: quod in tanto imperio populi Romani turpiſſimum ſibi, & Reipublicæ eſſe arbitrabatur. Paulatim autem Germanos conſueſcere Rhenum tranſire, & in Galliam magnam eorum multitudinem venire, populo Romano periculoſum videbat: neque ſibi homines feros ac barbaros temperaturos exiſtimabat, quin cùm omnem Galliam occupaſſent, ut ante Cimbri Teutoníque feciſſent, in provinciam exirent, atque inde in Italiam contenderent; præſertim cum Sequanos â provincia noſtra Rhodanus divideret. Quibus rebus quam maturrimè occurrendum putabat: ipſe autem Arioviſtus tantos ſibi ſpiritus, tantam arrogantiam ſumpſerat, ut ferendus non videretur. Quamobrem placuit ei, ut ad Arioviſtum legatos mitteret, qui ab eo poſtularent, ut aliquem locum medium utriúsque colloquio deligeret: velle ſeſe de Republica & ſummis utriúsque rebus cum eo agere. Ei legationi Arioviſtus reſpondit: *Si quid ipſi à Cæſare opus eſſet, ſe ſe ad eum venturum fuiſſe: ſi quid ille ſe velit,*

illum

illum ad se venire oportere: præterea se neque sine exercitu in eas partes Galliæ venire audere, quas Cæsar possideret, neque exercitum sine magno commeatu, atque molimento in unum locum contrahere posse. Sibi autem mirum videri quid in sua Gallia, quam bello vicisset, aut Cæsari, aut omnino populo Romano negotii esset. His responsis ad Cæsarem relatis, iterum ad eum Cæsar legatos cum his mandatis mittit: quoniam tanto suo populíque Romani beneficio affectus, cùm in consulatu suo Rex atque amicus â Senatu appellatus esset, hanc sibi populóque Romano gratiam referret, ut in colloquium venire invitatus non gravaretur, neque de communi re dicendum sibi & cognoscendum putaret; hæc esse, quæ ab eo postularet: *Primùm,* ne quam multitudinem hominum ampliùs trans Rhenum in Galliam transduceret: *deinde,* obsides, quos haberet ab Aeduis, redderet; Sequanísque permitteret, ut quos illi haberent, voluntate ejus reddere illis liceret: néve Aeduos injuriâ lacesseret, néve his, sociísque eorum bellum inferret: si id ita feciset, sibi populóque Romano perpetuam grátiam, atque amicitiam cum eo futuram: si non impetraret, quoniam M. Messallâ, L. Pisone Coss. Senatus censuisset, uti, quicumque Galliam provinciam obtineret, quod commodo Reipublicæ facere posset, Aeduos, ceterósque amicos populi Romani defenderet, se Aeduorum injurias non neglecturum. Ad hæc Arioviſtus respondit: *Jus esse belli, ut qui vicissent, iis, quos vicissent, quemadmodum vellent, imperarent: itidem populum Romanum victis non ad alterius præscriptum, sed ad suum arbitrium imperare consuêsse: si ipse populo Romano non præscriberet, quemadmodum suo jure uteretur, non oportere se â populo Romano in suo jure impediri, Aeduos sibi, quoniam belli fortunam tentassent & armis congressi, ac superati essent, stipendiarios esse factos: magnam Cæsarem injuriam facere, qui suo adventu vectigalia sibi deteriora faceret: Aeduis se obsides redditurum non esse: neque iis, neque eorum sociis injuriâ bellum illatum, si in eo mancrent, quod convenissent, stipendiúmque quot annis pénderent: si id non fecissent, longè ab iis fraternum nomen populi Romani abfuturum: quod sibi Cæsar denunciaret, se Aeduorum injurias non neglecturum; neminem secum sine suâ pernicie contendisse: cùm vellet, congrederetur: intellecturum, quid invicti Germani, exercitatissimi in armis, qui intrà annos XIV. tectum non subissent, virtute possent.* Jul. Cæs. L. I. de bell. Gall. cap. 33. & seqq.

Conster-

Conſternatio Romanorum ante pugnam cum Germanis.

DUm paucos dies (Cæſar) ad Veſontionem, rei frumentariæ commeatûsque cauſa moratur, ex percunctatione noſtrorum, vocibúsque Gallorum, ac mercatorum, qui ingenti magnitudine corporum Germanos, incredibili virtute atque exercitatione in armis eſſe prædicabant, ſæpenumero ſe ſe cum iis congreſſos, ne vultum quidem atque aciem oculorum dicebant ferre potuiſſe: tantus ſubitò timor totum exercitum occupavit, ut non mediocriter omnium mentes animósque perturbaret. Hic primùm ortus eſt à Tribunis militum, ac Præfectis, reliquísque, qui ex Urbe, amicitiæ causâ Cæſarem ſecuti, magnum periculum miſerabantur, quòd non magnum in re militari uſum habebant. Quorum alius, aliâ causâ illatâ, quam ſibi ad proficiſcendum neceſſariam eſſe diceret, petebat, ut ejus voluntate diſcedere liceret. Nonnulli pudore adducti, ut timoris ſuſpicionem vitarent, remanebant. Hi neque vultum fingere, neque interdum lacrymas tenere poterant: abditi in tabernaculis aut ſuum fatum querebantur, aut cum familiaribus ſuis commune periculum miſerabantur: vulgò totis caſtris teſtamenta obſignabantur. Horum vocibus, ac timore paulatim etiam ii, qui magnum in caſtris uſum habebant, milites centurionésque, quíque equitatui præerant, perturbabantur. Qui ſe ex his minùs timidos exiſtimari volebant, non ſe hoſtem vereri, ſed anguſtias itineris & magnitudinem ſilvarum, quæ inter eos atque Arioviſtum intercederent, aut rem frumentariam, ut ſatis commodè ſupportari poſſet, timere dicebant. Nonnulli etiam Cæſari renunciabant, cum caſtra moveri, ac ſigna ferri juſſiſſet, non fore dicto audientes milites, neque propter timorem ſigna laturos.

Oratio Cæſaris ad Romanos.

HAec cum animadvertiſſet Cæſar, convocato concilio, omniúmque ordinum ad id concilium adhibitis centurionibus, vehementer eos incuſavit: primùm, quod aut quam in partem, aut quo conſilio ducerentur, ſibi quærendum, aut cogitandum putarent: Arioviſtum, ſe Conſule, cupidiſſimè populi Romani amicitiam appetîſſe; cur hunc tam temerè quisquam ab officio diſceſſurum judicaret? Sibi quidem perſuaderi, cognitis ſuis poſtulatis atque æquitate conditionis perſpecta, eum neque ſuam, neque populi Romani gratiam repudiaturum; quod ſi furore atque amentiâ impulſus, bellum intuliſſet, quid tandem vererentur? aut cur de ſua virtute aut de ipſius diligentia deſperarent? Factum

ejus

ejus hoſtis periculum Patrum noſtrorum memoriâ; cùm Cimbris & Teutonis â C. Mario pulſis, non minorem laudem exercitus, quam ipſe Imperator, meritus eſſe videbatur: factum etiam nuper in Italiâ ſervili tumultu, quos tamen aliquis uſus ac diſciplina, quam â nobis accepiſſent, ſublevaret. Ex quo judicari poſſet, quantum haberet in ſe boni conſtantia: propterea quòd, quos aliquamdiu inermes ſine causâ timuiſſent, hos poſteà armatos ac victores ſuperaſſent: denique hos eſſe eosdem Germanos, quibuscum ſæpenumero Helvetii congreſſi, non ſolùm in ſuis, ſed etiam in illorum finibus, plerúmque ſuperaſſent, qui tamen pares eſſe noſtro exercitui non potuerint. Si quos adverſum prælium & fuga Gallorum commoveret, hos, ſi quærerent, reperiri poſſe, diuturnitate belli defatigatis Gallis, Arioviſtum, cùm multos menſes caſtris ac paludibus ſe continuiſſet, neque ſui poteſtatem feciſſet, deſperantes jam de pugna, & diſperſos ſubitò adortum, magis ratione ac conſilio, quàm virtute, viciſſe. Cui rationi contra homines barbaros atque imperitos locus fuiſſet, hac ne ipſum quidem ſperare, noſtros exercitus capi poſſe. Qui ſuum timorem in rei frumentariæ ſimulationem, anguſtiásque itinerum conferrent, facere arroganter, cùm aut de officio Imperatoris deſperare, aut ei præſcribere viderentur. Hæc ſibi eſſe curæ: frumentum Sequanos, Leucos, Lingŏnes ſubminiſtrare; jamque eſſe in agris frumenta matura. De itinere ipſos brevi tempore judicaturos: quod non fore dicto audientes, neque ſigna laturi dicantur, nihil ſe câ re commoveri: ſcire enim, quibuscunque exercitus dicto audiens non fuerit, aut, malè re geſtâ, fortunam defuiſſe; aut, aliquo facinore comperto, avaritiam eſſe convictam: ſuam innocentiam perpetuâ vitâ, felicitatem Helvetiorum bello eſſe perſpectam. Itaque ſe, quod in longiorem diem collaturus eſſet, repræſentaturum, & proximâ nocte de quarta vigilia caſtra moturum, ut quamprimum intelligere poſſet, utrùm apud eos pudor atque officium, an timor, plus valeret. Quodſi prætereà nemo ſequatur, tamen ſe cum ſola decima legione iturum, de quâ non dubitaret, ſibíque eam Prætoriam cohortem futuram. Huic legioni Cæſar & indulſerat præcipuè, & propter virtutem confidebat maximè. Hac oratione habitâ, mirum in modum converſæ ſunt omnium mentes, ſummáque alacritas & cupiditas belli gerendi innata eſt, princépsque decima legio per Tribunos Militum ei gratias egit, quòd de ſe optimum judicium feciſſet, ſéque eſſe ad bellum gerendum paratiſſimam confirmavit. Deinde reliquæ legiones per Tribunos Militum & primorum ordinum centuriones egerunt, uti Cæſari ſatisfacerent: ſe neque unquam

quam dubitaſſe, neque timuiſſe, neque de ſummâ belli ſuum judicium, ſed Imperatoris eſſe, exiſtimaviſſe. *Cæſar. L. 1. de bello Gallico. c. 39. & ſeqq.*

Belgarum terror à machinationibus Romanorum.

Advatici, (populi in Belgio) de quibus ſuprà ſcripſimus, cùm omnibus copiis auxilio Nerviis (ſunt Tornacenſibus proximi) venirent, hac pugnâ nuntiatâ, ex itinere domum reverterunt: cunctis oppidis caſtellísque deſertis, ſua omnia in unum oppidum egregiè naturâ munitum contulerunt. Quod, cum omnibus in circuitu partibus altiſſimas rupes, deſpectúsque haberet, unâ ex parte leniter acclivis aditus, in latitudinem non amplius CC pedum relinquebatur. Quem locum duplici altiſſimo muro munierant. Tum magni ponderis ſaxa & præacutas trabes in muro collocarant. Ipſi erant ex Cimbris Teutonísque prognati; qui, cum iter in provinciam noſtram atque Italiam facerent, his impedimentis, quæ ſecum agere ac portare non poterant, citra flumen Rhenum depoſitis, cuſtodiæ ex ſuis, ac præſidio VI millia hominum unà reliquerunt. Hi, poſt eorum obitum, multòs annos à finitimis exagitati, cùm aliàs bellum inferrent, aliàs illatum defenderent, conſenſu eorum omnium pace factâ, hunc ſibi domicilio locum delegerunt. Ac primo adventu exercitûs noſtri, crebras ex oppido excurſiones faciebant, parvulísque prœliis cum noſtris contendebant. Poſtea, vallo pedum XII in circuitu XV millium, crebrísque caſtellis circummuniti, oppido ſeſe continebant. Ubi, vineis actis, aggere exſtructo, turrim conſtitui procul viderunt, primùm irridere ex muro, atque increpitare vocibus, *quod tanta machinatio ab tanto ſpatio inſtrueretur. Quibusnam manibus, aut quibus viribus præſertim homines tantulæ ſtaturæ* (nam plerumque omnibus Gallis præ magnitudine corporum ſuorum, brevitas noſtra contemptui eſt) *tanti oneris turrim in muros ſe ſe collocare confiderent.* Ubi verò moveri, & appropinquare manibus viderunt: novâ, atque inuſitatâ ſpecie commoti, legatos ad Cæſarem de pace miſerunt: qui ad hunc modum locuti: *Non ſe exiſtimare, Romanos ſine ope Deorum bellum gerere, qui tantæ altitudinis machinationes tantâ celeritate promovere, & ex propinquitate pugnare poſſent. Se, ſuáque omnia eorum poteſtati permittere* dixerunt. *Unum petere ac deprecari: ſi fortè, pro ſuâ clementiâ ac manſuetudine, quam ipſi ab aliis audiſſent, ſtatuiſſet, Advaticos eſſe conſervandos, ne ſe armis ſpoliaret. Sibi omnes ferè finitimos eſſe inimicos, ac ſuæ*

virtuti invidére; à quibus se defendere, traditis armis, non possent. Sibi præstare, si in eum casum deducerentur, quamvis fortunam à populo Romano pati, quàm ab his per cruciatum interfici, inter quos dominari consuêssent, Ad hæc Cæsar respondit. *Se magis consuetudine suâ, quam merito eorum, civitatem conservaturum: si priùs quam aries murum attigisset, se dedidissent; sed deditionis nullam esse conditionem, nisi armis traditis: se id quod in Nervios fecisset, facturum; finitimisque imperaturum, ne quam dedititiis populi Romani injuriam inferrent.* Re nuntiatâ ad suos, illi se, quæ imperarentur, facere dixerunt. Armorum magnâ multitudine de muro in fossam, quæ erat ante oppidum, jactâ, sic ut propè summam muri aggerísque altitudinem acervi armorum adæquarent: & tamen circiter parte tertiâ (ùt postea perspectum est) celatâ atque in oppido retentâ, portis patefactis, eo die pace sunt usi. Sub vesperum Cæsar portas claudi, militésque ex oppido exire jussit, ne quam noctu oppidani à militibus injuriam acciperent. Illi, antè inito (ùt intellectum est) consilio, quòd, deditione factâ, nostros præsidia deducturos, aut denique indiligentiùs servaturos crediderant: partim cum his, quæ retinuerant & celaverant, armis; partim scutis ex cortice factis, aut viminibus intextis, quæ subitò (ùt temporis exiguitas postulabat) pellibus induxerant: tertiâ vigiliâ, quâ minimè arduus ad nostras munitiones ascensus videbatur, omnibus copiis repentè ex oppido eruptionem fecerunt. Celeriter, ut ante Cæsar imperaverat, ignibus significatione factâ, ex proximis castellis eò concursum est; pugnatúmque ab hostibus ita acriter; ut à viris fortibus in extremâ spe salutis, iniquo loco contra eos, qui ex vallo turribúsque tela jácerent, pugnari debuit: cùm unâ in virtute omnis spes salutis consisteret. Occisis ad hominum millibus IV, reliqui in oppidum rejecti sunt. Postridie ejus diei, refractis portis, cùm jam defenderet nemo, atque intromissis militibus nostris, sectionem ejus oppidi universam Cæsar vendidit. Ab his, qui emerant, capitum numerus ad eum relatus est millium LIII. *Cæsar. L. 2. de Bello Gallico. Cap. 29. & seqq.*

Res gestæ Cæsaris ad oppidum Alesiam in Ducatu Burgundiæ.

Fugato omni equitatu, Vercingetorix copias suas, ut pro castris collocaverat, reduxit; protinúsque Alesiam, quòd est oppidum Mandubiorum, iter facere cœpit; celeritérque impedimenta

ex

ex caſtris educi, & ſe ſubſequi juſſit. Cæſar, impedimentis in proximum collem deductis, duabúsque legionibus præſidio relictis, ſecutus, quantum diei tempus eſt paſſum, circiter III millibus hoſtium ex noviſſimo agmine interfectis, altero die ad Aleſiam caſtra fecit. Perſpecto urbis ſitu, perterritísque hoſtibus, quod equitatu, quâ maximè parte exercitûs confidebant, erant pulſi; adhortatus ad laborem milites, Aleſiam circumvallare inſtituit. Ipſum erat oppidum in colle ſummo, admodum edito loco, ut, niſi obſidione, expugnari non poſſe videretur. Cujus collis radices, duo duabus ex partibus flumina ſubluebant. Ante oppidum planities circiter millia paſſuum III in longitudinem patebat. Reliquis ex omnibus partibus colles, mediocri interjecto ſpatio pari altitudinis faſtigio oppidum cingebant. Sub muro, quæ pars collis ad Orientem ſpectabat, hunc omnem locum copiæ Gallorum compleverant; foſſámque & maceriam ſex in altitudinem pedum produxerant. Ejus munitionis, quæ ab Romanis inſtituebatur, circuitus XI ∞ paſſuum tenebat. Caſtra opportunis locis erant poſita; ibíque caſtella XXIII facta, in quibus interdiu ſtationes diſponebantur, ne qua ſubitò irruptio fieret. Hæc eadem noctu excubitoribus ac firmis præſidiis tenebantur. Opere inſtituto, fit equeſtre prælium in eâ planitie, quam intermiſſam collibus III millium paſſuum in longitudinem patere, ſuprà demonſtravimus. Summâ vi ab utrísque contenditur. Laborantibus noſtris Cæſar Germanos ſubmittit, legionésque pro caſtris conſtituit, ne qua ſubitò irruptio ab hoſtium peditatu fiat: Præſidio legionum addito, noſtris animus augetur: hoſtes in fugam conjecti, ſe ipſi multitudine impediunt; atque anguſtioribus portis (relictis) coarctantur. Germani acriùs úsque ad munitiones ſequuntur. Fit magna cædes: nonnulli, relictis equis, foſſam tranſire, & maceriam tranſcendere conantur. Paulum legiones Cæſar, quas pro vallo conſtituerat, promoveri jubet. Non minùs, qui intrà munitiones erant Galli, perturbantur: veniri ad ſe confeſtim exiſtimantes, ad arma conclamant. Nonnulli perterriti in oppidum irrumpunt. Vercingetorix jubet portas claudi, ne caſtra nudentur. Multis interfectis, compluribus equis captis, Germani ſe ſe recipiunt: Vercingetorix, priusquam munitiones ab Romanis perficiantur, conſilium capit, omnem à ſe equitatum noctu dimittere. Diſcedentibus mandat, ut ſuam quisque eorum civitatem adeat, omnésque qui per ætatem arma ferre poſſint, ad bellum cogant. Sua in illos merita proponit, obteſtatúrque, *ut ſuæ ſalutis rationem habeant, neu ſe de communi*

muni libertate optimè meritum in cruciatum hoſtibus dedant, qui ſi indiligentiores fuerint, millia hominum LXXX *delecta ſecum interitura demonſtrat: ratione initâ, frumentum ſe exiguè dierum* XXX *habere, ſed paulò etiam longiùs tolerare poſſe, parcendo.* His datis mandatis, quâ erat noſtrum opus intermiſſum, ſecundâ vigiliâ ſilentio equitatum dimittit; frumentum omne ad ſe ferri jubet; capitis pœnam iis, qui non paruerint, conſtituit: pecus, cujus magna erat ab Mandubiis compulſa copia, virítim diſtribuit: frumentum parcè & paulatim metiri inſtituit: copias omnes, quas pro oppido collocaverat, in oppidum recipit. His rationibus auxilia Galliæ exſpectare, & bellum adminiſtrare parat.

Quibus rebus cognitis ex perfugis & captivis, Cæſar hæc genera munitionis inſtituit. Foſſam, pedum XX latam directis lateribus duxit; ut ejus ſolum tantundem pateret, quantum ſumma labra diſtabant. Reliquas omnes munitiones ab eâ foſsâ pedibus CD reduxit: id hoc conſilio, quoniam tantum eſſet neceſſariò ſpatium complexus, ne facilè totum opus militum coronâ cingeretur, néve de improviſo aut noctu ad munitiones hoſtium multitudo advolaret, aut interdiu tela in noſtros operi deſtinatos conjicere poſſent, hoc intermiſſo ſpatio, duas foſſas, XV pedes latas, eâdem altitudine perduxit: quarum interiorem campeſtribus ac demiſſis locis aquâ ex flumine derivatâ complevit. Poſt eas aggerem, & vallum XII pedum exſtruxit. Huic loricam pinnásque adjecit, grandibus cervis eminentibus ad commiſſuras pluteorum atque aggeris, qui aſcenſum hoſtium tardarent: & turres toto opere circumdedit, quæ pedes LXXX inter ſe diſtarent. Erat uno tempore, & materiari & frumentari, & tantas munitiones fieri neceſſe, deminutis noſtris copiis, quæ longiùs ab caſtris progrediebantur: & nonnunquam opera noſtra Galli tentare, atque eruptionem pluribus portis facere ex oppido ſummâ vi conabantur. Quare ad hæc rursùs opera addendum Cæſar putavit, quò minore numero militum munitiones defendi poſſent. Itaque truncis arborum, aut admodùm firmis ramis abſciſis, atque horum dolabratis atque præacutis cacuminibus, perpetuæ foſſæ, quinos pedes altæ, ducebantur. Huc illi ſtipites demiſſi, & ab infimo revincti, ne revelli poſſent, ab ramis eminebant. Quini erant ordines conjuncti inter ſe, atque implicati, quo qui intraverant, ſe ipſi acutiſſimis vallis induebant, hos Cippos appellabant. Ante hos, obliquis ordinibus in quincuncem diſpoſitis, ſcrobes trium in altitudinem pedum fodiebantur, paulatim

anguſtio-

anguſtiore ad ſummum faſtigio. Huc teretes ſtipites feminis (femoris) craſſitudine, ab ſummo præacuti & præuſti, demittebantur; ita, ut non ampliùs IV digitis ex terrâ eminerent. Simul, confirmandi & ſtabiliendi causâ, ſinguli ab infimo ſolo pedes terrâ exculcabantur: reliqua pars ſcrobis ad occultandas inſidias viminibus ac virgultis integebatur. Hujus generis octoni ordines ducti, ternos inter ſe pedes diſtabant. Id ex ſimilitudine floris Lilium appellabant. Ante hæc taleæ pedem longæ ferreis hamis infixis totæ in terram infodiebantur, mediocribúsque interminiſſis ſpatiis, omnibus locis diſſerebantur, quos ſtimulos nominabant. His rebus perfectis, regiones ſecutus, quam potuit æquiſſimas, pro loci naturâ XIV millia paſſuum complexus, pares ejusdem generis munitiones, diverſas ab his, contra exteriorem hoſtem perfecit, ut ne magna quidem multitudine, ſi ita accidat, ejus diſceſſu munitionum præſidia circumfundi poſſent, neu cum periculo ex caſtris egredi cogerentur: dierum XXX pabulum frumentúmque habere omnes convectum jubet. *Cæſar L. 7. c. 68. & ſeqq.*

Pons mirabili opere Rheno impoſitus.

Cæſar his de cauſis, quas commemoravi, Rhenum tranſire decreverat: ſed navibus tranſire, neque ſatìs tutum eſſe arbitrabatur, neque ſuæ, neque populi Romani dignitatis eſſe ſtatuebat. Itaque, etſi ſumma difficultas faciundi pontis proponebatur, propter latitudinem, rapiditatem, altitudinémque fluminis: tamen id ſibi contendendum, aut aliter non transducendum exercitum exiſtimabat. Rationem igitur pontis hanc inſtituit: Tigna bina ſeſquipedalia, paulùm ab imo præacuta, dimenſa ad altitudinem fluminis, intervallo pedum duorum inter ſe jungebat. Hæc cum machinationibus demiſſa in flumen defixerat, fiſtucísque adegerat, non ſúblicæ modo directa ad perpendiculum, ſed prona ac faſtigiata, ut ſecundùm naturam fluminis procumberent: his item contraria duo ad eundem modum juncta, intervallo pedum quadragenûm ab inferiore parte, contra vim atque impetum fluminis converſa ſtatuebat: hæc utraque bipedalibus trábibus imminiſſis, quantùm eorum tignorum junctura diſtabat, binis utrimque fabulis ab extrema parte diſtinebantur. Quibus diſcluſis, atque in contrariam partem revinctis, tanta erat operis firmitudo, atque ea rerum natura, ut, quò major vis aquæ ſe incitaviſſet, hoc arctiùs illigata tenerentur. Hæc directa ma-

teriâ injectâ contexebantur, ac longuriis cratibúsque consternebantur, ac nihilo secius súblicæ ad inferiorem partem fluminis obliquæ adigebantur: quæ, pro pariete subjectæ, & cum omni opere conjunctæ, vim fluminis exciperent: & alia item supra pontem mediocri spatio: ut, si arborum trunci, si naves dejiciendi operis causâ essent à Barbaris missæ, his defensoribus earum rerum vis minueretur, neu ponti nocerent. Diebus X, quibus materia cœpta erat comportari, omni opere effecto, exercitus traducitur, Cæsar, ad utramque partem pontis firmo præsidio relicto, in fines Sicambrorum (a) contendit. *Jul. Cæs. de bell. Gall.* l. 4. c. 17. *& seqq.*

(a) *Sicambri populi Germaniæ in Westphalia olim, & ad utramque Rheni ripam habitantes.*

Græci paupertatis amantes.

PHócion Athenienſis, etſi ſæpè exercitibus præfuit, ſummósque magiſtratus cepit, tamen multò ejus notior integritas eſt vitæ, quàm rei militaris labor. Fuit enim perpetuò pauper, cum ditiſſimus eſſe poſſet propter frequentes delatos honores, poteſtatésque ſummas, quæ ei à populo dabantur. Hic cùm à Rege Philippo munera magnæ pecuniæ repudiaret, legatíque hortarentur accipere, ſimúlque admonerent, ſi ipſe his facilè careret, liberis tamen ſuis proſpiceret, quibus difficile eſſet in ſumma paupertate tantam paternam tueri gloriam. His ille: *Si mei ſimiles erunt, idem hic*, inquit, *agellus illos alet, qui me ad hanc dignitatem perduxit: ſin diſſimiles ſunt futuri, nolo meis impenſis illorum ali, augerique luxuriam.* *Corn. Nep. in Phocion.* Cap. I.

Sapiens parvo contentus.

XEnócrates, cùm legati ab Alexandro quinquaginta ei talenta attuliſſent, quæ erat pecunia temporibus illis, Athénis præſertim, maxima, abduxit legatos ad cœnam in Academíam; iis appoſuit tantum, quod ſatìs eſſet, nullo apparatu. Cùm poſtridie rogarent eum, cui numerari juberet? *Quid? vos hoſternâ*, inquit, *cœnulâ non intellexiſtis, me pecuniâ non egere?* Quos cùm triſtiores vidiſſet, triginta minas accepit, ne aſpernari regis liberalitatem videretur. *Cicer.* 5. *Tuſc.* C. 32.

Dió-

Diógenes Alexandro roganti, ut diceret, ſiquid ſibi opus eſſet, liberè ùt Cynicus reſpondit: *Nunc quidem paulùm à ſole abſis.* Offecerat videlicet apricanti. His auditis Alexandrum dixiſſe ferunt: *Niſi Alexander eſſem, libenter eſſem Diogenes.* Multò potentior, multò locupletior fuit Diogenes omnia tunc poſſidente Alexandro. Plus enim erat, quod hic nollet accipere, quàm quod poſſet ille dare; & qui gloriari ſolebat, à nullo ſe beneficiis victum, quidni victus ſit illo die, quo homo ſupra menſuram humanæ ſuperbiæ tumens vidit aliquem, cui nec dare quidquam poſſet, nec eripere? *Cicero ibid. Senec. 5. Benef. C. 4 & 6.*

Diogenes quidem diſputare ſolebat, quanto regem Perſarum vitâ, fortunáque ſuperaret: *Sibi nihil deeſſe, illi nihil ſatis unquam fore; ſe ejus voluptates non deſiderare, quibus nunquam ſatiari ille poſſet; ſuas eum cónſequi nullo modo poſſe.* Hæc verè Diogenes: Nam Xerxes quidem refertus omnibus præmiis, donísque fortunæ, non equitatu, non pedéſtribus copiis, non navium multitudine, non infinito pondere auri contentus præmium propoſuit, qui inveniſſet novam voluptatem. Quâ ipſe non fuit contentus. Neque enim unquam finem ínvenit libido. *Cicer. 5. Tuſc. C. 32. & 7.*

Vera bona virtus & doctrina.

NUnquam me hércule ego neque pecunias iſtorum, neque tecta magnifica, neque opes, neque imperia, neque eas, quibus maximè adſtricti ſunt, voluptates in bonis rebus aut expetendis eſſe duxi: quippe cùm viderem, rebus his circumfluentibus ea tamen deſiderare maximè, quibus abundarent. Neque enim expletur unquam, nec ſatiatur cupiditatis ſitis; neque ſolùm ea qui habent, libidine augendi cruciantur, ſed etiam amittendi metu. Atque iſta omnia talia videmus, ut etiam improbi habeant, & obſint probis. Quamobrem licèt irrideat, ſiquis vult, plus apud me ſapientem tamen vera ratio valebit, quàm vulgi opinio: neque ego unquam bona perdidiſſe dicam, ſiquis pecus aut ſupellectilem amiſerit. Neque non ſæpè laudabo ſapientem illum, Biantem ùt opinor, qui numeratur in ſeptem, cujus cùm patriam Priénem cepiſſet hoſtis, ceteríque ita fugerent, ut multa de ſuis rebus ſecum aſportarent, cùm eſſet admonitus à quodam, ut idem ipſe faceret: *Ego verò*, inquit, *facio; nam omnia mea porto mecum.* Ille hæc ludibria fortunæ ne ſua quidem putavit. Pectore

enim illa gestabat, non humeris; non oculis visenda, sed æstimanda animo, quæ domicilio mentis inclusa, nec mortalium, nec Deorum manibus labefactari queunt; & ùt manentibus præstò sunt, ita fugientes non deserunt. *Cic.* 1. *parad.* C. 2. *Valer.* *l.* 7. C. 2.

Mortem æquo animo oppetit, qui bene vixit.

PRofectò mors tum æquissimo animo oppétitur, cùm suis se laudibus vita óccidens consolari potest. Nemo parum diu vixit, qui virtutis perfectæ perfecto functus est munere. Quare si ipsa ratio minùs perficiet, ut mortem negligere possímus: at vita acta perficiat, ut satìs supérque vixisse videamur. *Cic.* 1. *Tusc.* C. 45.

Imitatus est homo Romanus & consularis veterem illum Sócratem, qui cùm omnium sapientissimus esset, sanctissiméque vixisset, ita in judicio capitis pro se ipse dixit, ut non supplex aut reus, sed magister aut dominus videretur esse júdicum. Quin etiam cùm ei scriptam orationem disertissimus orator Lysias attulisset, demissam & supplicem, imminentíque procellæ accommodatam, quam ediscceret, ut eâ pro se in judicio uteretur, non invitus legit, & commodè scriptam esse dixit. *Sed*, inquit, *si mihi calceos Sicyonios attulisses, non úterer, quamvis essent hábiles & apti ad pedem, quia non essent viriles. Sic illam orationem disertam sibi & oratoriam videri, fortem & virilem non videri.* Ex sententia cùm judicibus daretur, interrogabatur reus, quam quasi æstimationem (sceleris sui) commeruisse se maximè confiteretur; quòd cùm interrogatus Socrates esset, respondit, *sese meruisse, ùt amplissimis honoribus & præmiis decoraretur, & ut ei victus quotidianus in Prytanéo publicè præberetur.* Qui honos apud Græcos maximus habebatur. Cujus responso sic judices exarserunt, ut capitis hominem innocentissimum condemnarent. Nuntianti, quòd eum judices damnâssent: *Et illos*, inquit, *natura.* Uxoríque cum lácrymis exclamanti: *ergóne injustè morieris? an tu*, respondit, *justè malles? Cic. de Orat.* l. 1. C. 54. *Quintil.* l. 11. C. 1. *Valer.* l. 6. C. 4.

Nec patronum quæsivit ad judicium capitis Socrates, nec judicibus supplex fuit, adhibuítque liberam contumaciam, à magnitudine animi ductam, non à superbiâ. Et supremo vitæ die de hoc ipso multa disseruit, & paucis ante diebus, cùm facilè posset educi è custodia, & essent, qui promitterent fugam, noluit, re-

mansít-

mansítque dies triginta in carcere, & in exſpectatione mortis, ut duarum rerum graviſſimarum hominibus metum demeret, mortis & carceris. Supremo vitæ die, cùm pene in manu jam mortiferum teneret póculum, locutus ita eſt, ut non ad mortem trudi, verùm in cœlum videretur aſcendere. Ita enim cenſebat, itáque diſſeruit: *Duas eſſe vias, duplicésque curſus animorum è corpore excedentium. Nam qui ſe humanis vitiis contaminaviſſent, & ſe totos libidinibus dediſſent, quibus cæcati velut domeſticis vitiis atque flagitiis ſe inquinaviſſent, vel republicâ violandâ fraudes inexpiabiles concepiſſent, iis devium quoddam iter eſſe, ſecluſum à concilio Deorum. Qui autem ſe integros, caſtósque ſervaviſſent, quibúsque fuiſſet minima cum corporibus contagio, ſeſéque ab his ſemper ſevocâſſent, eſſéntque in corporibus, humanis vitam imitati Deorum, his ad illos, â quibus eſſent profecti, reditum facilè patére.* Diog. Laërt. *in Socrat. ſegm.* 35. *Cic. Tuſc.* L. 1. C. 29. & 30.

Dolor fortiter ferendus.

UT lubentiùs dolori obſiſtere poſſimus, obſerventur animo fortium virorum exempla. Zeno proponatur Eleátes, qui perpeſſus eſt omnia potiùs, quàm conſcios delendæ (Nearchi) tyrannidis indicaret. De Anaxarcho cogitetur, qui cùm Cypri in manus Nicocreontis regis incidiſſet, nullum genus ſupplicii deprecatus eſt, neque recuſavit. Conjectus in pilum ptiſanarium, ſive mortarium ſaxeum, quod ὄλμον Hesíodus vocat, ibíque ferreis malleis contuſus: *Tunde*, inquiebat, *Anaxarchi culeum*; (ſic corpus vocabat) *nam Anaxarchum non tundis.* Jubente verò illo ipſius præcídi linguam, fama eſt, præciſam mórdicus in ejus faciem conſpuiſſe. *Cic. Tuſc. L. 2. C. 22.*

Ex Syria decedens confecto Mithridatico bello, cùm Rhodum veniſſet Pompejus nobiliſſimum Stoicæ diſciplinæ Philoſophum Poſidonium cupiît audire, ſed cùm diceretur graviter tunc æger eſſe, quòd vehementer ejus artus laborarent, voluit ſaltem víſere, quem audire de rebus philoſophicis differentem non licebat. Quem ût vidit & ſalutavit, honorificísque verbis eſt proſecutus, moleſtè ſe ferre dixit, quòd eum non poſſet audire. At ille: *Tu verò*, inquit, *potes; nec committam, ut dolor corporis efficiat, ut fruſtra tantus vir ad me venerit.* Itaque cubans, graviter & copiosè diſputavit de hoc Stoicorum dogmate: *Nihil eſſe bonum, niſi quod honeſtum eſſet.* Cúmque quaſi faces ei doloris admoverentur, ſæ-

pè dixit: *Nihil agis dolor, quamvis ſis moleſtus; nunquam te eſſe confitebor malum.* Illud enim Stoici negabant malum dici poſſe, quod turpe non eſſet. *Ibid.* c. 25.

Etſi Peripatétici dolorem dicebant malum eſſe; de aſperitate autem ejus fortiter ferenda éadem præcipiebant, quæ Stoici. Et quidem Arcéſilas Peripateticus, cùm arderet pódagræ doloribus, viſitaſſétque hominem Carnéades, & triſtis exiret: *Mane, quæſo,* inquit, *Carneade noſter; nihil illinc huc pervenit*; oſtendítque pedes & pectus. *De Fin.* l. 5. c. 31.

Agricultura homine libero digna.

MInucio neque fortuna, nec vis animi eadem in gerendo negotio fuit. Nam cùm haud procul ab hoſte caſtra poſuiſſet, nullâ magnopere clade acceptâ, caſtris ſe pávidus tenebat. Quod ubi ſenſerunt hoſtes, crevit ex metu alieno, ùt fit, audacia; & nocte adorti caſtra, poſtquam parum vis aperta profecerat, munitiones poſtero die circumdant. Quæ priusquam undique vallo objecto clauderent exitus, quinque equites inter ſtationes hoſtium emiſſi, Romam pertulêre, cónſulem exercitúmque obſideri. Nihil tam nec inopinatum, nec inſperatum accidere potuit. Itaque tantus pavor, tanta trepidatio fuit, quanta ſi urbem, non caſtra obſiderent. Nautium Conſulem arceſſunt, in quo cùm parum præſidii videretur, Dictatorémque dici placeret, qui rem perculſam reſtitueret, L. Quintius Cincinnatus conſenſu omnium dicitur. Ille ſpes unica imperii populi Romani quatuor tantùm júgerum colebat agrum: ſeptem enim jugera agri poſſedit; ex his tria, quæ pro amico ad ærarium obſignaverat, mulctæ nomine amiſit. Auguſtè ſe habitare nunc putat, cujus domus tantum patet, quantum Cincinnati rura patuerunt. Ibi à Legatis ſeu foſſam fodiens palæ innixus, ſeu cùm araret, operi certè, id quod conſtat, agreſti intentus, ſalute datâ invicem, redditáque, rogatus, ut quod bene verteret ipſi, reíque publicæ, togatus mandata ſenatûs audiret; admiratus, rogitánsque, *ſatin' ſalva eſſent omnia?* togam propèrè è tugurio proferre uxorem Raciliam jubet. Quâ ſimul, abſterſo pulvere ac ſudore, velatus proceſſit: Dictatorem eum legati gratulantes conſalútant, in urbem vocant, qui terror ſit in exercitu, exponunt. Inde in aciem profectus, nequid à ruſtici operis imitatione ceſſaret, victos more pécudum ſub jugum miſit. Sic expeditione finitâ rediit ad boves triumphalis

agrícola.

agrícola. Fidem núminum! quâ velocitate intra quindecim dies ceptum, peractúmque bellum? prorſus ut feſtinâſſe Dictator ad relictum opus videretur. *Liv.* l. 3. c. 26. *Valer.* l. 4. c. 4. *Florus* l. 1. c. 11.

Ab aliorum intuitu multa noſtra corrigenda ſunt.

EX oculorum obtútu, ex ſuperciliorum aut remiſſione aut contractione, ex mœſtitia, ex hilaritate, ex riſu, ex locutione, ex reticentia, ex contentione vocis, ex ſubmiſſione, ex ceteris ſimilibus facilè judicabimus, quid eorum aptè fiat, quid ab officio, naturáque diſcrĕpet. Quo in genere non eſt incómmodum, quale, quódque eorum ſit, ex aliis judicare; ut, ſiquid dedéceat in aliis, vitemus & ipſi. Fit enim, neſcio quomodo, ut magìs in aliis cernamus, quàm in nobismet ipſis, ſiquid delinquitur. Itaque facillimè corriguntur in diſcendo, quorum vitia imitantur, emendandi cauſâ, magiſtri. *Cic.* 1. *Off.* c. 41.

Peras impoſuit Jupiter nobis duas;
Propriis repletam vitiis poſt tergum dedit,
Alienis ante pectus ſuſpendit gravem.
Hac re videre noſtra mala non poſſumus;
Alii ſimul delinquunt, cenſores ſumus.

Phædr. l. 4. *Fab.* 9.

Erat inter diſcipulos Zenónis adoleſcens quidam mirè edax, qui in convivio nihil ferè obſoniorum ſodalibus ſoleret relinquere. Huic appoſitum aliquando in menſa ingentem piſcem ſúſtulit Zeno, quaſi eum ipſe ſolus eſſet devoraturus. Cùm verò vorax adoleſcens in eum intueretur, mirans atque indignabundus: *Quid ergo*, ait Zeno, *num ſocios edacitatem tuam quotidie æquo animo ferre vis? qui hodie non fers meam.* *Diog. Laërt. in Zen. ſegm.* 19.

Facetè dicta, aut facta.

CÙm ad Poëtam Ennium veniſſet Náſica, eíque ab oſtio quærenti Ennium, ancilla dixiſſet, domi non eſſe; Naſica ſenſit illam domini juſſu dixiſſe, & illum intus eſſe. Paucis poſt diebus, cùm ad Naſicam veniſſet Ennius, & eum à janua quæreret, exclamat

exclamat Nasica *se domi non esse.* Tum Ennius: *Quid? ego non cognosco vocem*, inquit, *tuam?* Hìc Nasica: *Homo es impudens: ego cùm te quærerem, ancillæ tuæ credidi, te domi non esse; tu mihi non credis ipsi.* *Cic. 2. de Orat.* c. 68.

Sículus quidam, cui Prætor Scipio patronum causæ dabat hospitem suum, hominem nobilem, sed ádmodùm stultum: *Quæso*, inquit, *Prætor, adversario meo da istum patronum; deinde mihi neminem dederis.* *Ibid.* c. 69.

Patrono malo, cùm vocem in dicendo obtudisset, suadebat Granius, ut mulsum frigidum biberet simul ac domum rediisset: *Perdam*, inquit, *vocem, si id fecero.* *Melius est*, inquit, (Granius) *quàm reum.* *Ibid.* c. 70.

Cùm Orator malus in epílogo misericordiam se movisse putaret, rogavit Cátulum, videretúrne misericordiam movisse? *Ac magnam quidem*, inquit Catulus; *neminem enim puto esse tam durum, cui non oratio tua miseranda visa sit.* *Cic. 3. de Orat.* c. 69.

Poëmatibus scribendis operam dabat Siciliæ tyrannus Dionysius: & (quoniam in hoc genere, nescio quo pacto, magìs, quàm in aliis suum cuique pulchrum est, & adhuc neminem cognovi poëtam, qui sibi non optimus videatur) magìs ob carmina, quàm propter res bello bene gestas, sese jactabat. Arcessierat ad se, & præcipuo in honore habebat, quoscunque arte poëticâ nobiles esse audiêrat, eorúmque judiciis poëmata sua permitrebat. At illi, ne regis benevolentiam & munera amitterent, quæ scribebat, omnia probabant & laudabant. Aderat inter eos Philóxenus, celeberrimus dithyramborum versuum artifex, qui unus adulari nescius, cùm aliquando inepta à Dionysio recitata carmina audivisset, de iis quæ sentiret, liberè aperuit. Quâ libertate offensus rex poëta, reprehensorem suum à satellitibus ábripi, & in latómias, qui publicus carcer erat, detrudi jussit. Sed postridie ab amicis, Philóxeno veniam dari postulantibus exoratus, rursus ad épulas eum adhibuit. Carmina sua, ùt solebat, ipse mirum in modum éxtulit, & de quibusdam versibus, quos omnium optimos existimabat, sententiam Philoxem exquisivit: ille nullâ ad regis interrogationem responsione factâ, ejus satellites vocavit, séque ad latómias reúdci jussit. Tam facetam libertatem, quæ omnium convivarum risu excepta fuerat, æquo animo tulit Dionysius.

Non

Non multò poſt admonitus, rogatúsque ab amicis Philoxenus, ut à tam aperta loquendi licentia tandem abſtinéret, pollicitus eſt, ſe deinceps effecturum, ut & vera diceret, & Dionyſii benevolentiam tamen retíneret. Nec ſanè fefellit; nam cùm deinde tyrannus quibusdam verſibus, qui miſerabiles affectus, exprimerent, recitatis illum interrogâſſet, quales hi tandem viderentur? *Miſerabiles*, reſpondit. Quâ verbi ambiguitate præſtitit, quod erat pollicitus. Rex enim ita accepit, quaſi Philoxenus, verſus ſuos ad movendam commiſerationem idoneos eſſe, reſpondiſſet, atque adeò illos laudâſſet; alii verò ſic interpretabantur (quæ erat vera dicterii ſententia) quaſi miſeros, hoc eſt peſſimos, dixiſſet verſus illos. *Diod. Sicul. L.* 15. *Cic.* 5. *Tuſc.* c. 12.

Excitatur laude æmulatio.

Noctu ambulabat in publico Themíſtocles, quòd ſomnum capere non poſſet, quærentibúsque reſpondebat, *Miltiadis trophæis ſe è ſomno ſuſcitari. Cic.* 4. *Tuſc.* c. 19.

Cui non ſunt auditæ Demóſthenis vigiliæ? qui dolere ſe, ajebat, ſi quando opíficum antelucánâ victus eſſet induſtriâ.

Ariſtóteles vir ſummo ingenio, ſcientiæ copiâ, cùm motus eſſet Iſócratis Rhetoris gloriâ, dicere etiam cœpit, adoleſcentes docere, & prudentiam cum eloquentia jungere, ad quam Xenócratis quoque exemplo incenſus acceſſerat. *Diog. Laërt. in Ariſt. ſegm.* 3.

Alexander paternæ laudis æmulator, cùm eum urbem aliquam nobilem expugnâſſe, aut inſigni victoria potitum eſſe acciperet, adeò non ejusmodi nuntiis lætabatur, ut inter æquales exclamaret: *O amici, omnia nobis præripiet pater, nec quidquam magnificum gerendum relinquet.* Achillis quoque, à quo ſe originem ducere prædicabat, fortitudinem & gloriam, ab Homero carminibus celebratam æmulatus, cùm ad ejus túmulum in Sigæo adſtitiſſet: *O fortunate*, inquit, *adoleſcens, qui tuæ virtutis Homerum præcónem inveneris?* & verè: nam niſi ille exſtitiſſet, idem tumulus, qui corpus Achillis contexerat, nomen etiam obruiſſet. *Plut. in Alex.*

Julium Cæſarem ferunt, cùm in Hiſpania, quò reipublicæ cauſâ miſſus erat, legendis Alexandri rebus geſtis vacaret, aliquando diu ſecum cogitabundum hæſiſſe, deinde lacrymas profudiſſe. Quarum cauſam quærentibus amicis: *Nónne*, inquit, *idonea dolendi cauſa eſt, quòd nihil dum præclarè egerim, eam ætatem adeptus, quâ Alexander multa regna vincendo peragraverat?* *Plut. in Cæſ.*

Honos alit artes, omnésque incenduntur ad ſtudia gloriâ: jacéntque ea ſemper, quæ apud quosque improbantur. Quo minus igitur (honoris erat poëtis apud veteres Romanos,) eò minora ſtudia fuerunt, ſeróque ab illis poëtæ vel cogniti, vel recepti. *Cic.* 1. *Tuſc.* c. 2.

Vive ùt in publico.

DIonyſius major, Siciliæ tyrannus, ipſe judicavit, quàm eſſet beatus. Nam cùm quidam ex ejus aſſentatoribus Dámocles commemoraret in ſermone copias ejus, opes, majeſtatem, dominatus, rerum abundantiam, magnificentiam ædium regiarum, negarétque unquam beatiorem quemquam fuiſſe; *Viſne igitur*, inquit, *Damocle, quoniam hæc te vita delectat, ipſe eandem deguſtare, & fortunam experiri meam?* Cùm ſe ille cupere dixiſſet; collocari juſſit hominem in aureo lecto, ſtrato pulcherrimo, téxtili ſtrágulo, magnificis operibus picto, abacósque complures ornavit argento auróque cælato. Tum ad menſam eximiâ formâ pueros delectos juſſit conſiſtere, eósque nutum ejus intuentes diligenter miniſtrare. Aderant unguenta, coronæ, incendebantur odores, menſæ conquiſitiſſimis epulis exſtruebantur. Fortunatus ſibi Damocles videbatur. (At Dionyſius) in hoc medio apparatu fulgentem gladium è lacunari ſetâ equinâ aptum demitti juſſit, ut impendéret illius beati cervicibus. Itaque nec pulchros illos miniſtratores adſpiciebat, nec plenum artis argentum; nec manum porrigebat in menſam; jam ipſæ defluebant coronæ: denique exoravit tyrannum, ut abire liceret, quòd jam beatus nollet eſſe. Satísne videtur declarâſſe Dionyſius, nihil eſſe ei beatum cui ſemper aliquid terroris (ex conſcientia malefactorum) impendeat? *Cic.* 5. *Tuſc.* c. 20. 21.

Conſcien-

Conſcientia ſceleris amat latére.

Cùm ex aliorum objectionibus, tum etiam ex domeſtico judicio, atque animi conſcientiâ intelligunt homines, quò pudore adducti, & fortaſſe non ſe liberari, ſed in aliud tempus reſervari arbitrati, diſcedant ab aliis, & novam tentare fortunam, novásque experiri amicitias conſtituant: cum paucis colloquuntur clientibus ſuis, quibus tantùm facinus committere audent. *Jul. Caſ. de Bell. Civ. L.* 1.

Nam quàm difficile eſt, crimen non pródere vultu!

Ovid 2. Met.



SECTIO

SECTIO III.

PROGYMNASMATA LATINITATIS,

SIVE

DIALOGI FAMILIARES

è PP. JACOBO PONTANO,

FRANCISCO POMEY

SOCIETATIS JESU,

ALIISQUE NOMINATIS NOSTRAE AETATIS SCRIPTORIBUS COLLOQUIORUM LECTI, ET AD USUM APTIUS ACCOMMODATI,

UNA CUM

PRAECIPUIS URBANIORIS COMMERCII FORMULIS GERMANICO-LATINIS.

Sylloge II.

PRO

MEDIA GRAMMATICES CLASSE.

ALteram Latinorum Progymnaſmatum Syllogen hìc reddimus. In tres illam partes diſpeſcere voluimus, ut amplior ex ordine utilitas ad Tirones rediret. Pars I. Dialogos complectitur, qui ad mores formandos,

dos, ad decorum in familiari consuetudine, in Scholis & Templis observandum, ad Mysteria Religionis Catholicæ ritè obeunda faciunt. Altera curiosas & eruditas quæstiones persequitur, ubi neglecto de industria ordine vagari per diversa placuit ita, ut cum multiplici Philologia præcipua quotidiani usûs vocabula, & difficiliora verborum tempora conjungerentur. Tertia denique in honore verborum, in solennibus urbanioris commercii formulis, quas non pauci impensiùs desiderârunt, versantur. In stilo flores ne quæras: *nunc non erat his locus.* Fuit puerilis hinc inde agendi ratio exprimenda, verbis ab Ecclesia sacratis, aut Latii jure, postliminio donatis, utendum; fuit insuper moribus quandoque & tempori serviendum: puritatis tamen, quà licuit, curam gessimus. Maluimus porro in tertia parte ex ingenio Latinæ linguæ secundam in compellando personam adhibere: eam tamen, si ita res postulat, cum tertia commutare poteris, ac locutionibus illis, quas abstractas vocant, uti: *Dominatio vestra, Nobilitas, Amplitudo, &c. dignetur &c.* tanti enim non est, ut placeas Grammaticis, Principibus displicere velle, & hos lædere, ne Prisciani Majestatem læsisse videaris.

CAPUT I.

DIALOGI MORALES.

I.

LEGES URBANITATIS IN COMMERCIO HUMANO.

Præceptor, Calliſtus, Aſterius, Firminus, Hugo, Lucas, Meletius.

Præc. Habetísne paratas quæſtiones, mihi proponéndas, & à me vobis explicandas?

Call. Etiam, Domine, egregias attulimus de argumento, quod propoſuiſti.

Præc. Rem feciſtis mihi pergratam, quòd ita ſperem, me vobis rem facturum perutilem.

Conſidéte omnes, ac jam prómite, ſuam quisque deinceps ſententiam.

Tu Calliſte tuam propóne prior.

I. In Salutationibus.

Call. Scire aveo, Domine, quæ ſint leges ſalutationum in congreſſibus.

Præc. Hæ ſunt præcipuæ:

1) Spectatis honeſtísque viris honos habendus capite aperto; nonnullo etiam corporis flexu, ex cujusque dignitate, veneratio adhibenda eſt; nec reſpectandum unquam, an reſalutéris.

2) Caput item aperiendum æqualibus tuis, nec exſpectandum, dum illi te hoc officio antevertant.

3) Tibi inferioribus eſt etiam reddenda ſalus, & eximendus tibi pileus, cùm illi eximunt, ut te ſalutent.

II. In tegendo capite.

Aſter. Quandónam verò tegendum erit?

Præc. Docebo te paucis, quod quæris.

1) Si, qui tecum agunt, majores te ſint, cave, occupes eis dicere, ut caput tegant; eſt enim hoc contra rationem decori.
2) Cave item præproperè caput tegas; exſpectare debes, donec ſemel iterúmve monearis tegere: ſic autem monitus non debes detrectare obſequi; hoc enim eſſet importunum atque indecorum.

Firm. Quid verò hac in parte faciendum in conſuetudine cum æqualibus?

Præc. Mos eſt, ut qui vel pares ſunt, vel parvo diſcrimine diſjunguntur, unà æquè omnes ſignificent inter ſe, unà omnes caput operiant.

III. In Congreſſibus.

Hug. Quo genere venerationis adeundi ſunt, quibus nos honorem deferre convenit.

Præc. Id uſurpandum, quod bene educati ſolent, quòdque perſonarum diſſimilitudo poſtulat. Nimirum, aut manus illis oſculandæ erunt, ſeu veſtis ora, ùt fit Principibus & Antiſtitibus, aut dexterâ tuâ ferè ori admotâ ſubmittendum erit corpus, & conquiniſcendum honoris cauſâ.

Lucas. Quid advertendum in occurſu ad januarum ingreſſum, aut locorum anguſtias?

Præc. Si, quibus tunc occurris, te antecedunt dignitate, ſubſiſtendum tibi erit nonnihil, dandúsque eis locus, dum præteriêrint.

Mel. Viris gravibus cólloquens quid potiſſimùm vitare debeo?

Præc. Tria hæc devíta:

1. Corpus tibi ne adminiculéris.
2. Oculos in eorum ora ne defígas.
3. Propiùs ne accedas, ſed paſſus circiter unus interjectus ſit.

IV. Inter deambulandum.

Call. Quid obſervandum, cùm inambulamus cum aliis?

Præc. Si ii, quibuscum ambulas, tales ſint, quibus te honorem deferre æquum ſit, honoratiorem locum eis concedes: honoratior autem locus eſt dexter, ſi duo tantùm ambulant; ſi verò tres, medius eſt. At cùm ad murum ambulatur, honora-

tior cenſetur, qui muro vicinior eſt, quia plerumque tectior, ac mundior, adeóque commodior.

Hug. Quæ peccata committi poſſunt inter ambulandum cum alio, aliqua in aula, alióve in loco?

Præc. Si, quí cum ambulas, is eſt, cui honorem debeas, cave:

1) Ne interſiſtas, niſi cùm ſubſtiterit.
2) Ne prior ambulationem convertas.
3) Ne in ipſa converſione humeros ad eum advertas.

Luc. Quid in inceſſu cavendum?

Præc. Ne greſſu eas aut concĭto effusè, aut languidè inerti,

2) Nec promicanti, nec gradatim nutanti corpore,
3) Nec péndulis manibus, nec jactatis ſuccuſſisque brachiis, neque complicitis coram, decuſſatísque, neque in tergum reductis.
4) Ne per vias hæſitando incedas, præcipuè in civitatis luce publica.
5) Nec te inferas capite arduo, aut depreſſo abjectiùs, aut ineptè contorto.

V. Inter colloquendum.

Mel. Eſtne é ratione decóri, cùm ductim quispiam & quaſi réſtitans loquitur, ei velut loquenti ſubſerviendo verba ſupplere?

Præc. Inſulſum illud eſt, niſi hoc te roget, aut privatim res agatur, ſítque ipſe de intimis tuis & perfamiliaribus.

Aſt. Qui tenendus corporis habitus inter loquendum?

Præc. Is eſt tenendus corporis ſtatus habitúsque, quem decóri ratio poſtulat, Itaque.

1) Nec caput motes.
2) Nec manibus mices.
3) Néve te unum in pedem cólloces.
4) Neu tibiarum alteram alteri transverſam indúcas, ſed firmo in veſtigio conſiſte.
5) Cave item, ne pileum ori, aliúdve quidquam prætendas.
6) Nec, cui loqueris, veſtem ducas, aut eum cubito pulſes, quò attentum reddas.

VI.

VI. In ſermonis argumento.

Firm. Quid mihi agendum, ſi in communi congreſſu habeo aliquid ſecretò dicendum cuipiam?

Præc. Cave id ei dicas in aurem coram aliis; ſed ſeducendus erit ab aliis paululùm: vel ſi fieri poteſt, de re hujusmodi differendus erit ſermo in tempus alterum. Ceterùm, quod ſecretum audis, tecum habeto, atque alteri ne dixeris.

Call. Súntne hominum cum hominibus comparationes inſtituendæ?

Prac. Nequaquam; omnis enim comparatio odioſa eſt. Itaque, ſiquis virtutis alicujus prædicatione laudatur, tu coram eo, de eadem virtute, alterum ne lauda.

Aſt. Cùm, qui inter ſe cónferunt, arcanè colloquuntur, eóne fas eſt accedere?

Præc. Minimè verò; talis enim alienis in rebus curioſitas maximam vituperationem habet.

Firm. Eſtne hominis bene inſtituti de rebus ſuis geſtis, de ingenio, de nobilitate, aliísque laudum nominibus gloriari?

Præc. Nullo modo; iis de rebus, niſi coactus, ne loquáre. Ut autem ab decoro eſt alienum, efferre ſe; ita inſulſam rem agis, ſi te in ſermone temerè déprimas.

VII. In Salibus.

Hug. Licétne in congreſſibus adhibere ſales & facetias?

Præc. Ita ſanè, modò illi ſint in re nati, venuſti, acuti, nemini, odioſi, & acerbi: facetiæ quoque admitti poſſunt, modò ne indignis ex rebus, & inverecundis actionibus riſum quærant.

Ceterùm ſiquid lepidè argútum, ſi feſtivum dices, riſum aliis permittens, riſum tu ipſe cóntine.

VIII. In Converſatione.

Luc. Quo pacto gerere me debeo erga eos, quibuscum ago?

Præc. Hæc obſervato.

1) Ne ſis moroſus, & difficilis, ſed comis & liberaliter officioſus.

2) Neminem injuriosè appelles, neque joco, neque extra jocum.

3) Neminem verbis perſtringas.
4) Neminem ludifices.
5) Nulli vitia éxprobres, ne naturæ quidem.
6) Neque voluptati ducas, verbis factísque quempiam pudore ſuffundere.
7) De nullo, de nullius rebus ullâ ratione detrahe.
8) Denique etiam cùm laudas, modum tene.

II.

LEGES URBANITATIS, ET CONCERTATIONIS IN SCHOLA.

Pædagogus, Amandus, Candidus.

I.

Pæd. Audio adoleſcentes mei, nihil vobis in ſchola elegantius, nihil urbanius eſſe.
Amand. Elegantia moribus noſtris tuis ex monitis adhæreſcit, Pædagoge ſuaviſſime!
Pæd. Agite, quas vobis leges nuper deſcripſerim, alternis edicite.
Cand. Sapientiam à Numine flagitanto: interim ita laboriosè diſcunto, ùt ſi à ſedibus æthereis nihil exſpectent.
Amand. Profeſſorem non ſecus ac parentes colunto.
Cand. In ſcholam quoad fieri poterit, ſeriùs ne ingrediuntor, nec ante tempus domo egrediuntor.
Amand. In Gymnaſio conſidento modeſtè, ídque tantùm agunto, & cogitanto, cujus cauſâ locum petiêrunt.
Cand. Ne dormiunto: ne fabulantor, ne nugantor, vel contendunto, vel ſcamna ſculpunto, vel ratione ullâ doctorem perturbanto.

II.

Pæd. Felicem miror memoriam, adoleſcentes optimi! Quid porrò ſuccurrit vobis?
Amand. Niſi ſummâ neceſſitate, ſcholis ne ſemel abſunto.
Cand. Verbis ac ſermone cùm Magiſtrum, tum, qui explanantur, Auctores effingere ſtudento.
Amand. Siquid haud probè perceperint, dubiténtve, pudore ruſtico exúto, Magiſtrum adeunto, roganto, conſulunto.

Cand.

Cand. Quæ in explanatione audiunt, chartæ mandanto.
Amand. A ſchola digreſſi, tempus aliquod revolvendis, quæ audiêre, aut cum aliquo conferendis ſeponunto.
Cand. Niſi cùm liber inſpiciendus aut ſcribendum, oculos à Magiſtro nunquam avertunto.
Amand. Diem in certas horas partiuntor, quid quâque horâ faciendum ſit, definitum habento.
Cand. Antelucanâ opificum induſtriâ ne ſe vinci patiuntor.
Amand. Præter labores à Magiſtro imperatos alios ſibi imperanto.
Pad. Aureas ſanè leges! Beatus ſim, ſi idem ſemper factum ſit, ac dictum.

III.

LEGES CONCERTATIONIS IN SCHOLA.

I.

Provocatio ad concertationem.

Ludimagiſter, Juſtinus, Cælianus.

J. Oro, amabo.
L. Quid tibi vis?
J. Mihi copiam oro fieri concertandi cum aliquo.
L. Concerta ſanè, cum quo voles.
J. Age Cæliane, deſcende in arenam, prodi in medium, mihi tecum res futura eſt.
C. Mecum non potes cóngredi.
J. Quippéni?
C. Quia tibi jus non eſt; gero ego magiſtratum principem, tu vilis es homuncio de fæce populi.
J. Nihil refert.
C. Itáne verò nihil refert? Qui jacent in ſubſelliis infimis, provocaréne illos poſſunt, qui ſoliis inſident?
L. Poteſtatem hanc illi facio. Noli detrectare certamen, mihi crede, alioquin inuretur tibi nota ignaviæ.
C. Mihi nota ignaviæ? Scilicet. En! præſto ſum; age, incipe.

L. Vos, cenſores, officio accuratè fungimini; agitur enim & dignitas loci principis, & honos totius partis.

II.

Præparatio ad concertationem.

J. Unde diſputatio inchoanda eſt?
C. A ſigno ſanctæ crucis.
J. Forma ſignum ſanctæ crucis.
C. Formato tu pariter.
Omnes. In nomine Patris, &c.
J. Exhibe arma pietatis.
C. En roſarium, en libellum precum. Tu ipſe deſtitutus es.
J. Nequaquam.
C. Agedum, profer, dixin'; caret roſario.
J. Ecce tibi, décadem (Zehender) habeo.
C. Cares quæſtionibus?
J. Imò habeo, ad quas ægrè reſpondeas.
C. Magnifica verba! auſculto. Propone tua ænigmata.

III.

Initium concertationis.

J. Num bene latinum eſt: *petere ab aliquo quæſtionem!*
C. Non eſt bene latinum. Sed planè ac diſtinctè pronuncia: quid habes?
J. Dic purè & emendatè.
C. *Quærere aliquid ex aliquo; interrogare aliquem de aliqua re; ſciſcitari ex aliquo quæſtionem.*
J. Rectè dictum. Interroga viciſſim.
C. Declina *aliquis* per omnia genera. Ignoras?
J. Non ignoro. Nom. *Aliquis*, *aliqua*, *&c.* Acc. *Aliquem*, *aliquam*, *aliquod*, vel *aliquid*.
C. Conſtas? Conſtas tibi? (i. e. manes, conſtas in ſententia, reſponſione?)
J. Quidni? Dic ipſe perfectiùs.
C. Nequeo. Rectè reſpondiſti. Perge porrò, age, proſequere. Abſolve, quod reſtat.
J. Vocativo &c. Ablativo &c. Nunc meæ ſunt rogandi vices. Quomodo conjugatur *fio* in futuro periphraſtico? Neſcis? cupis docéri?

C. Pau-

C. Pauliſper exſpecta. *Factum, factam* eſſe vel fuiſſe.
J. Conſtas tibi? Vis corrigi? Licétne, ut corrigam errantem.
C. Emenda, ſi potes.
J. *Faciendum, faciendam* fuiſſe &c. &c.

IV.

Progreſſus concertationis.

C. Reſponde porrò & tu aliquid. Qua ratione inflectitur *Eo* in præſenti tempore Participii?
J. *Iens, ientis.*
C. Conſtas? Neſcis meliùs?
J. *Iens, iuntis.*
C. Nondum etiam aptè. Quid ita hæres? *J.* Dâ mihi ſpatium - - - Concede mihi tantillum temporis. *C.* Concedo, plus, quam ſatis eſt.
J. Corrige, per me licet.
C. *Iens, euntis.*
J. Equidem ita reſpónderam.
C. Minimè verò, ſed *iuntis* ajebas. Annotate cenſores punctum unum. (Notas duas, tres.)
J. Ut quid ita? meliùs ſcio, quàm tu.
C. Quia te vici adverſarium. Quid quæris?
J. Sed jam ultionem répetam.
C. Præſtò ſum: congrédere, interroga - - - - contende vocem, non te audio.
J. Satìs contendo, niſi fortè ſurdaſter es.

V.

Exitus concertationis.

J. Cujus generis eſt Cometa? Ignoras? vis te doceam?
C. Cometa maſculini generis eſt.
J. Itáne cenſes? ſic ſtat ſententia?
C. Conſtantiſſimè. Agè ſis, corrige.
J. Cometa eſt Feminini generis.
C. Hem emendatorem noſtrum. Falleris, maſculinum eſt.
J. Per quam regulam id aſſeris? præceptum recita.
C. *Femineum A primæ eſt, veluti panthera, planeta.*
J. Sanè ſplendidiſſimè.

C. Quin corrigis?
J. Dictum oportuit: *veluti panthera, ſagitta.*
C. Malum! me fefellit memoria.
J. Jo! iterum ſuperavi victorem meum.
L. Itáne victus diſcedis è certamine? Juſtine locum Cæliani óccupa.

VI.

Formulæ Concertationis Græcæ.

Á.

Baſilius, Ambroſius.	*Baſilius, Ambroſius.*
Baſil. Forma ſignum crucis Ambróſi!	*Baſil.* Μόρφωσον τὸ σῆμα τῦ σαυρῦ, Ἀμβρόσιε.
Ambroſ. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, Amen,	*Ambroſ.* Ἐν τῷ ὀνόματι τῦ πατρὸς, καὶ τῦ υἱῦ, καὶ τῦ ἁγίου πνεύματος. Ἀμήν.
Baſil. Quo præmio certabimus.	*Baſil.* Τίνι τιμίῳ ἀγωνισόμεθα;
Ambroſ. Pro loco; imagine, honore.	*Ambroſ.* ὑπὲρ τῦ τόπου, εἰκόνος, τιμῆς.
Baſil. Ad libitum tuum: incipiamus, claude librum.	*Baſil.* Κατὰ δοκεῖν σου· ἐξαρχώμεθα, κλεῖσον τὸ βιβλίον.
Ambroſ. Propone quæſtionem. Interroga.	*Ambroſ.* Ἐπιδὲς ἐρώτησιν. Πυθοῦ.
Baſil. Quid eſt Grammatica?	*Baſil.* Τί ἐστιν ἡ γραμματικὴ;
Ambroſ. Ars eſt rectè ſcribendi & loquendi.	*Ambroſ.* Τέχνη ὀρθῶς γράφειν καὶ λέγειν.

B'.

Baſil. Quæ partes Grammaticæ?	*Baſil.* Τίνα μέρη τῆς γραμματικῆς;
Ambroſ. Orthographía, Etymología, Syntaxis, & Proſodía.	*Ambroſ.* Ὀρθογραφία, Ἐτυμολογία, Σύνταξις, καὶ Προσῳδία.
Baſil. Edic partes Orthographiæ.	*Baſil.* Λέξον τὰ τῆς ὀρθογραφίας.
Ambroſ. Litera, Syllaba, Dictio, Oratio.	*Ambroſ.* Τὸ γράμμα, ἡ συλλαβὴ, τὸ ῥῆμα ἢ λέξις, ὁ λόγος.
Baſil. Quot ſunt partes Orationis?	*Baſil.* Πόσα μέρη τῦ λόγου;

Ambros. Octo: Nomen.
Pronomen.
Verbum.
Participium.
Adverbium.
Præpositio.
Conjunctio.
Interjectio.
apud Græcos etiam
Articulus.

Ambros. Ὀκτώ. τὸ Ὄνομα.
ἡ Ἀντωνυμία.
τὸ Ῥῆμα.
ἡ Μετοχή.
τὸ Ἐπίῤῥημα.
τὸ Περόῤῥημα.
ὁ Σύνδεσμος.
ἡ Παρεμβολή.
παρ' Ἕλλησιν ἔτι
τὸ Ἄρθρον.

Basil. Quæ harum partium Constructio, seu Syntaxis est?

Basil. Τίς Σύνταξίς ἐστι τούτων τῶν μερῶν;

Ambros. Alia est convenientiæ, alia regiminis.

Ambros. Ἄλλη τῆς ἁρμονίας, ἄλλη τῆς κυβερνήσεως.

Basil. Explica.

Basil. Ἐρμήνευσον.

Ambros. Syntaxis convenientiæ dicitur, cùm orationis partes aliqua in re inter se conveniunt; regiminis verò, cùm pars alia aliam regit.

Ambros. Σύνταξις τῆς ἁρμονίας λέγεται, ὅταν τὰ τῷ λόγῳ μέρη ἐν ἑαυτοῖς συμφωνῶσιν· σύνταξις τῆς κυβερνήσεως, ὅταν μέρος θάτερον μέρος κυβερνᾷ.

Γ'.

Basil. Quotuplex est Nomen?

Basil. Ποσαπλάσιόν ἐστι τὸ Ὄνομα

Ambros. Duplex, aut Substantivum, aut Adjectivum.

Ambros. Διπλοῦν, ἢ ὑποστατικόν, ἢ ἐπίθετον.

Basil. Quæ proprietates Nominis?

Basil. Τίνες ἰδιότητες ὀνόματος;

Ambros. Quæ consequuntur:
Casus.
Numerus.
Genus.
Declinatio.
Comparatio.

Ambros. Αἷς·
ἡ Πτῶσις.
ὁ Ἀριθμός.
τὸ Γένος.
ἡ Κλίσις.
ἡ Σύγκρισις.

Basil. Quot sunt Casus?

Basil. Πόσαι αἱ πτώσεις;

Ambros. Sex sunt Casus.
Nominativus.
Genitivus.

Ambros. Ἓξ πτώσεις εἰσίν.
Ὀνομαστική.
Γενική.

Dativus.

Dativus.
Accusativus.
Vocativus.
Ablativus.

Basil. Quot Numeri?

Ambros. Duo: Singularis & Pluralis, (tertium addunt Græci, quem Dualem vocant.)

Δοτική.
Αἰτιατική.
Κλητική.
Ἀφαιρετική, ἢ ἀποκομιστική.

Basil. Πόσοι ἀριθμοί;

Ambros. Δύω· ἑνικὸς, καὶ πληθυντικὸς (ἕλληνες τρίτον προσλιθεῖσι δυϊκὸν λεγόμενον.)

Δ'.

Basil. Dic pariter Nominum Genera.

Ambros. Masculinum, Femininum, & Neutrum. (Commune & Omne ex illis fit.)

Basil. Adjunge Declinationes, & gradus Comparationis.

Ambros. Quinque sunt Declinationes: prima, secunda, tertia, quarta, quinta.
Tres gradus comparationis: 1 Positivus. 2 Comparativus, & 3 Superlativus.

Basil. Λέξον ἔτι τὰ τῶν ὀνομάτων γένη,

Ambros. Ἀρσενικὸν, θηλυκὸν, καὶ οὐδέτερον, (ἐξ ὧν γίγνεται τὸ κοινὸν, καὶ τὸ πᾶν.)

Basil. Πρόσθες τὰς κλίσεις, καὶ βαθμὺς τῆς συγκρίσεως.

Ambros. Πέντε εἰσὶ κλίσεις· πρώτη, δευτέρα, τρίτη, τετάρτη, πέμπτη.
Τρεῖς βαθμοὶ τῆς συγκρίσεως· ά. Θετικὸς, β'. Συγκριτικὸς, γ'. ὑπερβολικός.

Basil. Quot sunt genera Pronominum?

Ambros. Quinque:
Primitivum.
Derivativum.
Demonstrativum.
Relativum.
Possessivum.

Basil. Πόσα γένη τῶν ἀνθωνυμιῶν ἀριθμεῖται;

Ambros. Πέντε·
Πρωτότυπον, ἢ πρωτότυπον.
Παράγωγον.
Δεικτικόν.
Σχετικὸν, ἀναφόρικον.
Κτητικον.

É.

Basil. Quomodo dividitur Verbum?

Ambros. In decem genera.
Activum.
Passivum.

Basil. Πῶς διαιρεῖται τὸ ῥῆμα;

Ambros. Εἰς δέκα γένη.
Ἐνεργητικόν.
Παθητικόν.

Depo-

Deponens.
Neutrum.
Neutro-paſſivum.
Commune.
Subſtantivum.
Impersonale.
Defectivum.
Anómalum.

Baſil. Quæ Verbo áccidunt?
Ambroſ. Modus.
Tempus.
Perſonæ.
Numerus.
Conjugatio.

Baſil. Sufficit de Etymologia: tentemus Syntaxin.

Ambroſ. Reſponde mihi.
Baſil. Ut placet.

Μέσον.
Οὐδέτερον.
Οὐδετερο-παθητικόν.
Κοινόν.
Ὑποστατικόν.
Ἀπρόσωπον.
Ἐλλειπτικόν.
Ἀνώμαλον.

Baſil. Τίνα ἴδια τοῦ ῥήματος;
Ambroſ. ὁ Τρόπος, ἢ Ἔγκλισις.
ὁ Χρόνος.
τὰ Πρόσωπα.
ὁ Ἀριθμός.
ἡ Διάθεσις, ἢ συζυγία.

Baſil. Ἀρκεῖ περὶ τῆς Ἐτυμολογίας· πειράζοιμεν ἄν τι περὶ τῆς Συνταξεως.

Ambroſ. Ἀποκρίνου μοι.
Baſil. Ὡς ἀρέσκει.

Z'.

Ambroſ. Interpretace mihi hæc: πάντα βλέπει ὁ Θεός. Citò.
Baſil. Neſcio. Corrige.
Ambroſ. Omnia videt Deus.
Baſil. Quæris ultra, quàm oportet: quieſce; reſponde Tu: conjuga τυγχάνω in tempore perfecto Indicativi modi.
Ambroſ. Caret.
Baſil. Quare?
Ambroſ. Quia in άνω deſinentia non conjugantur extra Imperfectum, Tempora aliunde accipiunt.
Baſil. Bellè bellè. Victor es. Sufficiet.

Ambroſ. Ἑρμήνευέ μοι ταῦτα· πάντα βλέπει ὁ Θεός. Ταχέως.
Baſil. Ἀγνοῶ. Ἐπανώρθωσο.
Ambroſ. Omnia videt Deus.
Baſil. Ἐξετάζεις παρὰ τὸν δέοντος. ἡσύχαζε, ἀποκρίνου σύ· συζύγει τυγχάνω ἐν χρόνῳ παρακειμένῳ τῆς ἐγκλίσεως ὁριστικῆς.

Ambroſ. Στερεῖ.
Baſil. Διὰ τί;
Ambroſ. Δίοτι τὰ ἐν άνω ἀποπλήγονται ὑ κινεῖται ἔξω παρατατικῶ, χρόνους ἀλλαχόθεν λαμβάνει.
Baſil. Εὖ, καλῶς, σοφῶς. Ἐνίκησας. Ἀρκέσει.

IV.

LEGES REVERENTIAE, ET PIETATIS IN TEMPLO.

I.

Præceptor, Cæsarius, Lucianus.

P. Age Cæsári, & tu Luciane; quâ fide, ac diligentia gessistis munus vobis impositum, observandi ea, quæ præcipuè peccari solent inter Missæ Sacrificium?

C. Ego quidem ea duntaxat observavi, quæ defectu peccari animadverti.

L. Ego verò, quæ immodico studio, & exuperantiâ.

P. Haud vanæ, mihi credite, inutilésque áccident observationes hujus generis. Itaque dum recitantur, omnes diligenter attendant. Vos incipite jam illas enunciare; sic tamen ut suum cuique peccato oppositum peccatum ex adverso respondeat.

L. Sic agere jam apud nos statueramus.

C. Sunt, qui templum dum intrant, sibi non adhibent aquam lustralem.

L. Et sunt, qui plus æquo adhibent; nec enim modò frontem, sed guttur etiam adspergunt.

C. Aliqui, manu signum crucis expressuri, tam leviter id agunt, & ita perperàm, ut nihil minùs effingant, quàm signum hujusmodi.

L. Alii contra ita porrectum efformant, ut à fronte ad imum ventrem pertingat.

C. Multi Deo altare versùs honorem non habent.

L. Et multi quoque plus quàm semel habent, toties ferme acclinantes corpus, & pedibus reducendis perstrepentes incónditè, quot sunt in templo aræ, & sacra signa. . . .

II.

C. Vidi, qui, nullâ id poscente causâ legitimâ, sacro interfunt considentes aut stantes, aut altero tantùm submisso genu.

L. Et vidi etiam, qui non satis esse rati, flexis humi perstare genibus, ita insuper proclinant, prosternúntque se, ut videantur

tur oſculari velle pavimentum; ne tum quidem ſtantes pedibus, cùm recitatur Evangelium.

C. Sunt, qui neque precantur Deum, neque ullam edunt aliam ſignificationem hominis erga res divinas piè affecti.

L. Sunt pariter, qui aſſiduas quidem fundunt preces, at labiorum motu, colliſúque ita ſonóro, ut exaudiantur à circumſtantibus.

C. Subrídent quidam, dum precantur.

L. Et vultum nonnulli diſtorquent flebilem in modum.

C. Quosdam videas, qui manus habent toto illo tempore in peram inſertas, aut immiſſas in mánicam.

L. Et cernas quosdam, qui manus pro pectore conjunctas, aut conſertas teneant quidem, at non ſine ſpecie quadam aſſimulatæ pietatis.

III.

C. Sunt, qui ſe per idem ſacrum tempus aut fœdè ſcalpant, aut indecorè fricent.

L. Et ſunt, qui crebriùs ſibi tundant pectus.

C. Quidam indeſinenter tuſſiunt, & éxcreant.

L. Quidam verò alta ducunt vibrántque ſuſpiria, ſic, ut ſatìs ex longinquo feriant aures.

C. Bene multi oculos intendunt in omnes partes.

L. Alii clauſos habent, aut uni loco defixos, aut ſurſum arrectos, ſic, ut nihil oculi appareat præter album.

P. Abíte, egregii eſtis; ſanè meremini, præclari quidpiam ut conquiram mea in ciſtula, quò laborem à vobis ſuſceptum remunerer. Ceterùm date omnes operam, ne récidat in vanum recenſio hujusmodi, neu quis veſtrùm deinceps quidquam committat ſimile.

De ſacra Confeſſione.

Præceptor, Theotimus.

I.

T. Hei mihi! quid agam mi Domine? confiteri neſcio peccata; maléque metuo, ne me Deus abjiciat.

P. Jubeo te bene ſperare Theotime.

T. Quid

T. Quid enim ſperem ego? qui, qua ratione cum Deo redire in gratiam poſſim, prorſus ignoro; & illum tamen, heu! tam ſæpe offendo, támque graviter.

P. Rationem ego tibi illam nunc aperiam, quam te ignorare dicis; attentas aures adhibe.

T. Aures adhibeo quàm poſſum attentiſſimas.

P. Cùm ritè peccata voles confiteri apud ſacerdotem, priusquam illum adeas, in genua procumbe, atque à Deo efflagita gratiam, quò dignoſcere valeas, deteſtaríque culpas tuas.

T. Illud accuratè ſemper obſervo.

P. Tum conſcientiam éxcute, atque explóra; in tua dicta, facta, & cogitata inquirens diligenter.

T. Et illud etiam uſurpare ſolitus ſum quàm diligentiſſimè.

II.

P. Deinde deflebis peccata, quæ te commiſiſſe comperĕris.

T. Ah! hoc ipſum eſt, mi Domine, quod præſtare nequeo: flere non poſſum; & aquam citiùs è pumice, quàm ex oculis meis lacrymulam expreſſero.

P. Bonum habe animum Theotime; haud eſt neceſſe, lacrymæ ut ab oculis fluant.

T. Quid igitur?

P. Satìs fuerit, ſi verè, ſincerè, & ex animo doleas, offendiſſe Deum; & firmam ſuſcipias voluntatem, illum nunquam offendendi in poſterum.

T. O mi Domine! quàm moleſtum mihi exemiſti ſcrupulum! quantas habeo tibi gratias!

P. Sic comparatus ſupplex & reverenter áccides ad confeſſarii tui pedes; factóque ſigno crucis manus conjunges, rogabísque illum, tibi ut bene precetur: Tum verò commiſſas à poſtrema, quam exegeris, confeſſione noxas recenſebis, oratione ſimplici, nudâ, & verecundâ, nihil augendo, nihil minuendo; noxarum numerum & adjuncta, ſicubi opus erit, exponendo candidè.

T. Súntne detrahendæ chirothecæ ei, qui confiteri vult?

P. Etiam: & eximendæ chirothecæ, & piléolus deponendus; niſi ſiqua cogeret neceſſitas illum retinendi, nequid arcani circumſtantes exaudiant.

III.

T. Quid autem faciendum, ubi peracta eſt confeſſio?

P. Ubi nihil occurret aliud, quod enuncies, extremùm aliquod doloris

doloris intimi edes ſignum, ſolemni potiſſimùm conceptáque formulâ.

T. Nihil horum prætermiſſurus unquam ſum, Deo adſpirante.

P. Dum autem abſolvit te ſolemni ritu ſacerdos, demitte caput reverenter, & novum atque ingentem animo dolorem concipe.

T. Poſt hæc autem?

P. Ubi te confeſſarius dimiſerit, tria hæc obſervanda tibi erunt. Primum gratias habebis Chriſto Domino, quod animi tui maculas abluere dignatus ſit ſuo pretioſiſſimo ſanguine. Alterum; teſtabĕris iterum dolorem tuum, & veniam petes. Tertium; quod tibi pœnæ loco fuerit à ſacerdote impoſitum, quamprimùm maximâque, curâ exéquere.

T. Hæc omnia exequar divinâ fretus ope.

De ſacra Communione.

Pater, Euſebius, Felix, Clemens, Clara.

I.

P. Quando ad ignem otioſi conſidémus omnes, volo, fili, concionéris in hoc conſeſſu.

E. Egó, mi Pater, concióner?

P. Etiam tu. An non à prandio interfuiſti concioni catechiſticæ, quæ habetur in Paroeciæ templo?

E. Interfui ſanè.

P. Quódnam verò fuit illius concionis argumentum?

E. De ſacroſancto Euchariſtiæ Sacramento diſputatum in ea eſt, & quâ pietate ac reverentiâ uſurpare illud oporteat.

P. Et tenes omnia, quæ ibi diſputata ſunt?

E. Si minùs omnia, at magnam certè quidem partem.

P. Bene habet; concionare igitur, & quæ ibi didiciſti, nobiscum nunc communica.

E. At concionator non ſum.

P. At, volo, te concionatorem eſſe fingas.

E. Fingam, quando ita jubes, Pater.

II.

P. Jam ergo incipe.

E. Jube priùs, quæſo convocentur adminiſtri omnes domeſtici quò concio fiat frequentior.

P. Rectè dicis. Accerſantur omnes, ſi jam cœnavêre.
E. Meditabor interea ipſe mecum, quæ dicturus ſum.
P. Convenêre omnes.
E. Ehodum! puer, ſedíle mihi admŏve paulò celſius; iſtud enim humilius eſt.
P. En tibi ſublimius!
E. Sic jam certè ſublimior evaſura eſt oratio mea. Fingite igitur aulam hanc eſſe templum, méque concionatorem; vos autem, mei fratres gemini, & mea ſoror, de iis vos eſſe pueris, quos interrogare catechiſta ſolitus eſt. Nunc inçipio. Dic mihi mi fili, quì vocaris?
C. Vocor ego Clemens, & hic meus frater Felix dicitur, & ſoror illa mea Clara appellatur.
E. O præclara nomina! Dic ergo mihi mi Clemens, quid eſſe credis ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum?
C. Chriſtus eſt ipſe, latens ſub panis & vini ſpeciebus.
E. Reſponderi aptius nihil poteſt. Ecquid eſt Chriſtus JEſus?
C. Dei Filius eſt, qui hominem ſe fecit hominum causâ; qui cruci affixus ſubîît mortem, ut eos ab æterna morte vindicaret; quíque venerabile hoc inſtituit Sacramentum, ut eos corpore proprio, ſanguinéque pretioſo reficeret.
E. O quàm præclara dixiſti modò! Verùm age nihílne aliud hoc Sacramento continetur, quàm Chriſti corpus, & ſanguis pretioſiſſimus?
C. Continetur item & ſanctiſſima ejus Anima, & ejus Divinitas quoque, hoc eſt, tres Perſonæ auguſtiſſimæ Trinitatis.
E. Sanè mi animŭle, mihi es ſuffuratus animum: pulchellâ donáberis imagine. Spondeo.

III.

E. Interrogandus eſt mihi jam Felix frater tuus. Agedum mi puer, quid ineſſe putas in Hoſtia & in Calice?
F. Antequàm fiat conſecratio, Hoſtia nihil aliud, quàm panis eſt; & in Calice nihil eſt præter vinum, modicâ miſtum aquâ. At per conſecrationem in Chriſti corpus panis commutatur; & in ejusdem ſanguinem vinum convertitur, ſpeciebus ſeu accidentibus panis & vini prorſus non mutatis.
E. Quàm es doctus! Doctoris laureâ donandus es. Sed enim quid cenſes? Eſtne in hoſtia ſacrata quidpiam, quod in ſacro non ſit Calice?

F. Nequa-

F. Nequaquam; tantundem in utroque eſt.
E. Plúsne in magna hoſtia, quàm in exigua eſt?
F. Nihil eſt amplius.
E. Cùm frangit hoſtiam ſacerdos, frangítne Chriſti Corpus?
F. Neutiquam: ſolas Sacramenti ſpecies frangit; integro exiſtente ſub fragmentis Chriſti Corpore.
E. Quid verò ſunt ſpecies illæ?
F. Color eſt, figura, ſapor, & odor, qui in pane & vino, antequàm ſacrarentur, inĕrant.
E. O Agnum cereum præclarum, quem mox accepturus es! accipies, nihil dubita.

IV.

E. Interrogemus nunc Claram ſororem tuam; egregiè quippe mihi reſponſura eſt, utì conjicio ex ejus vultu. Ageſis chariſſima filia, quid ei faciendum, qui ſacram ſumere vult Euchariſtiam?
C. Debet is præparare animam & corpus magna cum diligentia.
E. Rectè ais; at quonam pacto præparabitur anima?
C. Purgando illam omni peccatorum labe, quod Confeſſionis Sacramento fit.
E. Corpus autem qua ratione comparari debet?
C. Omni prorſus cibo ac potu abſtinendum eſt ab ipſius diei nocte mediâ, quâ die accedere voles ad cœleſtem menſam.
E. Nihílne habes aliud monendum ſuper hac re?
C. Unum adhuc habeo, quod permagni inprimis intereſt.
E. Quid illud autem?
C. Nimirum præter peccatorum confeſſionem priùs obeundam, exquiſita inſuper adhibenda pietas eſt; quod tum ſacris precationibus aſſequémur, tum actibus præcipuarum virtutum, videlicet Fidei, Spei, Charitatis, Pœnitentiæ & Humilitatis.
E. O te præclariſſimam puellarum! Dignam certè, quæ aliquando collocéris ampliſſimo loco.
C. Uni Chriſto jam me deſpondi.
E. Faxit Deus, voti ſias compos, & quod deſpondiſti, præſtes brevì.
P. Satis eſt fili, impone finem huic concioni. Eamus cubitum; adulta jam nox eſt. Tenére ultra nequeo præ gaudio lacrymas.
E. Eamus Pater.

CAPUT II.

DIALOGI ERUDITI.

DECAS I.

I.

Quot literas habent Latini? Viginti tres. *Quot Græci*? quatuor ſupra viginti. *A quo inventæ ſunt litèræ Græcæ*? A Cadmo & ab Evandro. *An utile inventum*? Omnino; nam abſque literis ſi eſſemus, nihil ſciremus. *Cur A eſt lætum*? Quia eſt ſignum abſolutionis. *Cur C eſt triſte?* Quoniam eſt ſignum condemnationis. *Quis Typos & Typographiam primùm invénit*? Fauſtus Moguntiæ, nobili civitate Germaniæ.

II.

Quotúplices Deos habuerunt gentiles? Cœleſtes, terreſtres, & ínferos. *Quomodo coluerunt cœleſtes*? Adoleverunt iis victimas in altaribus. *Quomodo coluerunt terreſtres*? iis ſacra fecerunt ad aras. *Quo pacto inferos*? Iis mactârunt nigras pécudes noctu in depreſſo (depreſſa) ſcrobe. *Quid ſuffiverunt*? Thus, quod incenderunt in acerris. *Ubi Lares coluerunt*? In vicis & cómpitis; ínſuper Diis pæána cecinerunt.

III.

Quâ re Georgius Caſtrióta eſt céleber? Acuto acínace, quo ruit in aciem, & hoſtes diſſecuit. *Quomodo cognominatus eſt à Turcis*? Scanderbeg, id eſt Alexander magnus. *Cur*? Quia non minùs álacer erat ad pugnas & péricula, quàm velitationes; nam ſæpiùs velitatus eſt cum velitibus. Deinde non modò célere conſilium réperit, ſed etiam ſine mora executus eſt. *Quâ formâ erat*? Celſâ cervíce, lætis oculis, malis rubentibus.

IV.

Aes Corinthiacum, quo caſu ortum eſt? Cùm urbs Corinthus (Corinthi) cremata eſt, varia metalla liquata ſunt, & commixta.

Quanti

Quanti æſtimatum eſt? Plurimi ex omni ære, imò pluris auro. *Cur hoc oppidum delétum eſt*? Quia opportunè ſitum erat in medio iſthmo, & duobus pórtibus (pórtubus) munítum erat. *Quæ dicitur antiquiſſima urbs eſſe*? Næxſivan in Armenia, non procul à monte Arărat, atque à Noëmo inchoata. *Quæ maxima in Europa*? Londínum.

V.

Quid notabile occurrit Julio Cæſari, cùm properaret Pharſálum? Agáſo, cui nomen erat Eútychus, id eſt, felix; & aſinus, cui nomen erat Nicon, id eſt, victor. *Quid inde auguratus eſt*? Proſperum eventum prælii. *An eventus reſpondit augurio*? Reſpondit; nam cecídit Pompejum ad interneciónem. *Quomodo exceptus eſt Romæ*? Plerique cives ovârunt; nam erat clementi & leni ingenio. *Quoties triumphavit*? Uno menſe quinquies. *Cur triumphantes illiverunt faciem minio*? Ut Diis eſſent ſimiles, quos pingebant rubicunda facie. *Quì fiebat triumphus*? Capti hoſtes præceſſerunt in vinculis, præibat ſenatus, triumphans lauro coronatus vehebatur quadrigis in Capitolium; & ne efferretur, ſequentes acclamabant: *Réſpice poſt te, hominem memento te.*

VI.

Quomodo antiquiſſimi coluerunt terram? Verterunt eam palis, & ligonibus. *Quis docuit id homines*? Porcus ſuo roſtro; poſtea inchoârunt aráre agros. *Quis arátrum invénit*? Triptólemus. *Quibus partibus conſtat*? Ferreo cultro, quo terra proſcinditur, vómere, quo ſulcus ducitur, ſtivâ, (buri) qua regitur aratrum, & temóne, cui junguntur boves. *Quomodo illos incitabant*? Stimulis. *Qui optimi ad opus*? Toróſâ cervíce.

VII.

Cur agri arandi? Ne naſcantur cardui, ſpinæ, (ſentes) tribŭli, filix; nam incultus ager profert dumos, & lólium. *Quid porrò faciendum*? Semen ſpargendum eſt ex thylăco aut corbe. *Quid deinde*? Occâ occandum eſt arvum, ut porcæ exæquentur, & ſemen ſubigatur. *Sin' autem glebæ remaneant*? Illæ frangendæ ſunt raſtris aut cylindro.

VIII.

Quam carnem abhorrent Jápones? Vervecínam, & búbulam; utì nos ab equína, quâ contra delectantur Tártari, utì & canum & felium carne. *Quibus cibis abſtinuerunt Pythágoræ Diſcipuli?* Allio & fabis. *Quid fabulati ſunt de animabus hominum?* Eas migrare poſt mortem in alia corpora. *Quid præterea ſomniârunt?* Eas ante bibere ex fluvio Lethe, atque obliviſci omnia (omnium). *Quomodo occurrendum oblivioni?* Oblivioſi debent uti palimpſeſto (codicillis, pugillaribus, ſchedâ.) *Quid vera religio de animabus docet?* Eas à morte æterni Judicis ſubire Judicium, & pro bene vel malè geſtis præmium aut ſuppliciuin referre.

IX.

Alnus ubi naſcitur? In udis & paluſtribus locis. *An idonea eſt ædificiis?* Non equidem eſt apta tignis; ſed tamen fiſtúcis ſolet ádigi in terram, ut ædes ſuperſtruantur; præterea eſt alimentum flammæ. *Quæ urbes ſunt ſuperſtructæ palis, (ſúblicis) utì pilis?* Venetiæ, quæ complexæ ſunt ampliùs ſeptuaginta inſulas, ac centum & quadraginta pontibus junctæ ſunt, atque Amſtelodámum, quod miraculum mundi dicitur. *Quid autem ſolent úrere, ubi non eſt occaſio ligni?* Ibi ſolent ſtipulas pro ligno adhibere, & carbónes bituminoſos.

X.

Quibus armis uſi ſunt antiqui? Cóminus ſparo aut ſudibus, quæ præuſtæ erant, aut ferratæ, éminus pilo ac telo. *Quomodo uſi ſunt telo?* Vibrârunt tela in hoſtes, & amento retraxerunt. *Quomodo árcubus uſi ſunt?* Tetenderunt eos nervis, & ſagittas jaculati ſunt in hoſtes, quas prompſerunt pháretrâ (coryto). *Hodie quæ arma ſunt uſitata?* Bombardæ, quæ globo plumbeo onerantur, & magno bombo exploduntur; hinc Americani ita territi ſunt fragore, ut crediderint Hiſpanos eſſe Deos.

DECAS II.

I.

Ubi ſita ſunt Tempe? In Theſſalia. *Quâ re commendantur?* Amœnitate; nam ſunt amœna opáco némore, & frigido amne.

Qua

Quæ loca amaverunt Muſæ? Parnaſſum, qui bina juga habet, & Helicóna. *Quid traditur de monte Atho?* Eum jácere umbram Lemno tenus, quæ diſtat ampliùs quadraginta milliaria. *Quis celſiſſimus omnium creditur?* Pico in Tenariſſa. *Cur Aetna miranda?* Quòd ignem évomat. *Quantus eſt illius crater.* Ambĭtus viginti ſtadiorum. *Qui præterea ignívomi montes?* Veſuvius prope Neápolim, Hecla in Islandia, aliíque.

II.

Anătes quotúplices ſunt? Sunt aut cicŭres aut feræ, utì etiam ánſeres ſunt vel feri, vel manſueti. *Cur ſaginantur & farciuntur?* Quia adeps anſerínus bonus eſt, imò melior arvína, arietína, & ſebo (ſevo.) *Cur anſer Romæ quot annis circumlátus eſt lectícâ?* Quia clangore anſerum demum expergefactus Manlius hoſtes ſenſit, & dejecit ex Capitolio. *Cur canis circumlátus, affixus cruci?* Quia ſopíti fuerunt, nec latrârunt, quibus (quorum) tamen id proprium eſt.

III.

Cui uſui ſunt áncoræ? Iis attinentur naves in fluminibus & in mari. *Unde jaciuntur ex prora, an puppi?* Jaciuntur ex prora ope rudentis. *Cur Pharus exſtructa eſt prope Alexandriam?* Ut nautæ dirígere poſſent curſum ad laternam. *Quales áncoras habuit Cleópatra, cùm trajíceret in Græciam?* Ancoras ex ſolido auro. *Quis præterea prodigus fuit?* Præ aliis Nero; nam piſcatus eſt aureo hamo, & ſoleas argenteas induxit calcĭbus jumentorum ſuorum; nec minùs Heliogábalus, qui canes pavit jecŏre anſeríno, & leones phaſiánis & pſittăcis.

IV.

Quid debebant facere, qui damnabantur ad ántliam? Debebant exantlare ſentínam ex carína navis. *Qui autem damnabantur ad trirémes, quid facere debebant?* Diſtribuebantur per tranſtra, & remos ducere cogebantur. *Quæ preterea erant genera pœnarum?* Pronuntiabantur ad metallifodínas, item lapicidínas; ibi metallum erúere, hìc marmor cædere oportebat; alii præcipitati ſunt in abyſſum (barăthrum).

V.

Cur apes mirabiles? Quòd induſtriæ (ſédulæ) & exemplum ſedulitatis ſint; vagantur enim per agros, carpunt flores, aliæ favos faciunt, aliæ aquam apportant, aliæ mel cónferunt. *Quid præterea notabile*? Eas habere ducem, quem ſequantur multo ſuſurro, (ſuſurru) utì regem, cùm examen emittunt. *Quomodo revocantur*? Tinnítu æris. *Quæ loca amant*? Aprica. *Quid traditur de rege apum*? Eum carére acúleo.

VI.

Cur Eumolpus Athenienſis eſt notabilis? Quia primus ſevit árbores, & ſúrculos inſevit ſtirpibus, ídque docuit póſteros. *Quomodo ficus ſerenda eſt*? Tálea defóditur (humatur) in terram; ſic naſcuntur fibræ, & radíces: ſimilis eſt plantatio ſálicum, ribium uvarum criſparum, aliarúmque. *Ubi lentæ ſálices plantandæ ſunt*? In márgine rivorum, aut in paluſtri ſolo. *Num utiles*? Propter lentitiam aptæ ſunt ad vinctúram.

VII.

Quid proditum eſt de Perſis? Quòd celaverint arcana mirâ fide. *Quis olim apud Pagános Deus ſilentii*? Harpócrates? *Quomodo effictus eſt*? Specie ſedentis pueri, qui digitum impreſſit labris. *Quid monet eo*? Silere & myſteria tacita habere. *Quomodo Alexander id monuit Hæpheſtiónem*? Impreſſit ánnulum ori. *Quid dicitur in hominem fútilem, qui omnia effútit*? Faciliùs ardentem favillam cómprimet ore, quàm ſecretum.

VIII.

Cur Principes delectantur árdeâ? Quia præbet amœnum (jucundum) ſpectaculum, quando certat cum falcóne in aëre. *Cur Hiſtorici Henricum nominant aúcupem*? Quia inſignia imperii delata ſunt ei, cùm ſedéret ad áream, & aves aucuparetur. *Quomodo aves capiuntur*? Caſſibus, qui extenduntur ſuper tecto ámite aut cálamis, qui illíti ſunt viſco. *Quid dicitur in ſtudioſos, qui aucupio tenentur*? Per piſces & aves multi periêre ſcholares.

IX.

IX.

Cur Nero incendit Romam? Ut cerneret faciem ardentis Trojæ. *Quamdiu arsit*? Septendecim dies (diebus). *Quos arguit hujus criminis*? Christianos. *Quâ pœnâ affecit eos*? Alios levit (linit, livit) pice, & incendit; alios ligavit ad stípites, & circumpositis sarmentis excussit. *Cur veteres Christiani inciderunt cippis suis α & ω*? Sic Professi sunt se Christianos esse, & discréti sunt ab Arianis & aliis hæreticis. *Ubi Arius présbyter periit*? In cloáca torminibus ilium. *Ubi damnatus est*? In concilio Nicæno ob impia dogmata; nam docuit Christum esse creatum, & Deum factum, ac Patre inferiorem.

X.

Cur mirabilis est Diocletianus? Quòd ipse flores & ólera séverit in áreis, areas fóderit palâ, ac ligóne, & rigaverit truâ, si aruissent, & sarríverit sárculo; quin etiam laborem hunc imperio prætŭlit (præoptavit). *Qui flores suavissimè olent*? Viŏla, rosa, lilia, & lilia convallium, quæ in vallibus (convallibus) nascuntur. *Quis præterea delectatus est horto*? Carŏlus quintus, qui etiam se abdicavit imperio, & latuit privatus in cœnobio sancti Justi. *Quomodo horti muniendi sunt*? Sepe aut maceriâ. *Quis hodie celebratur?* Versaliensis in Gallia propter hydraulos (machĭnas hydraúlicas.)

DECAS III.

I.

Quod erat insigne aúgurum? Lítuus, id est, curvus baculus. *Quis usus litui*? definiebant illo templum, & observabant aves volantes in æthere. *Ubi captabant augurium*? In colle aut tumulo; inprimis tesqua erant designata augurio. *Quæ auguria* (*auspicia*) *Romani putârant fausta*? Sinistra; utì Græci dextra. *Quis peritus fuit augurii* (*rio*)? Picus, qui à Circe mutatus est in avem picum. *Cur Accius augur notabilis*? Quòd duram cotem diffecuit novácula, quæ tamen non est hebes facta. *Ubi copia cotium*? In Insula Samo; hinc etiam frequentes Samiatóres (cotiarii).

II.

Quid proditum est de Phaëtonte? Quòd voluerit esse auríga paterni currûs. *Quo eventu aurigavit* (*aurigatus est*) ? Incendit mundum, quia non poterat habénis regere & flectere equos solis; ipse autem delapsus est in Padum. *An Pater id non dissuasit ipsi*? Admodùm; sed auscultare noluit patri (patrem), ideo pater connixit magno suo & filii malo. *Cur Ovidius hoc finxit*? Quòd ejus tempore magna siccitas fuit. *Quamdiu in Hispania siccitas sub Abydo duravit*? Viginti sex annos; ideo montes Pyrenæi incensi, & metalla liquefacta.

III.

Bacchus quis fuit? Deus vini. *Quomodo pictus est*? ùt juvenis imberbis, cornútus, insĭdens dolio. *Quid manu gestat*? Thyrsum pampĭno involútum. *Quis est comes Bacchi*? Silénus debilis & imbecillus (lis) senex, qui titŭbat vino. & baculo nititur, atque ansâ gestat canthărum. *Quale festum institutum est ei*? Bacchanaliorum (lium). *Quomodo celebratum est*? Saltabant super inflatos utres, qui facti erant ex hircínis pellibus, quia hircus maléficus est viti.

IV.

Quis usus erat quondam ballistæ & catapultæ? Illâ jecerunt ingentia saxa, pro qua nunc mortariis utimur, quibus pyroböli mittuntur; hac autem jaculabantur ligneas trabes. *Cur feminæ Carthaginiensium sunt notabiles*? Quòd comas præsecuerint, & ex comis tormenta torserint, & ex annŭlis cúderint caténas. *Cur*? Ut machinis & tormentis possent jácere saxa & torquére tela & trabes. *Quomodo antiqui gestaverunt gladios*? In baltĕïs, qui (quæ) pependerunt ex humeris. *Quomodo ornârunt balteos* (*baltea*) ? argenteis, item aureis bullis. *Quomodo nunc gestantur*? Accinguntur láteri cingŭlo.

V.

Cur Cynici aluerunt barbam? Ut meminissent se viros esse, nec nugas agerent, nec quidquam patrarent, quod viro indignum esset. *Quis Imperatorum fuit insigniter barbatus*? Jodócus. *Cur Mena notabilis*? Quòd tonsores adduxerat Romam, qui barbam

toton-

totonderunt. *Quomodo Cómmodus imperator raſit aulicos ſuos?* Valde incommodè; præcídit enim genas, (malas) labia, mentum, naſum, aures.

VI.

Quis fuit primus eremita? Paulus Thebánus. *Quid proditum eſt de eo?* Quòd omnia bellaria nauci, flocci faceret, & contra boni conſuluerit betam, bráſſicam, caules herbarum, aſpáragos lúpuli, fungos, bolétos, & alia túbera terræ, napos, ſíſeres, & biberit purum ac limpidum láticem. *Cur autem vixit in erémo?* Quia ratus eſt eam vitam beatiorem eſſe vitâ urbanâ. *Cur?* Quia boni ſunt rari in urbibus; & licèt blandi ſint & urbani, ac blandiantur, tamen ita ínvidi ſunt, ut alter alteri bolum è faucibus eripiat. *Cur Simeon ſtylítes dictus?* Quia triginta annos in ſtylo vixit.

VII.

Quid próditur de Semirámide? Quòd ſtruxerit mœnia Babylonis ex cocto látere, & adhibuerit bitúmen, quod ibi exæſtuat ex terra pro calce. *Quanta erant mœnia?* Alta erant quinquaginta cubitos (cubitorum), & lata triginta duobus cubitis, ut quadrígæ occurrentes meare poſſent. *Ex quo facti erant primi muri Romæ?* Ex limo. *Qui muri præterea notabiles?* Quo Adrianus Angliam defendit à Scotis; & Nihoam Rex Chinæ Tartăros arcére voluit: hic trecentorum milliarium fuit. Turcæ autem muros ex oſſibus mortuorum ad terrendos Chriſtianos aliquando compegerunt.

VIII.

Unde bombyces primùm allati ſunt in Europam? Ex Aſia. *Quomodo aluntur?* Foliis mori. *Quæ bombyx eſt optima?* Aſſyria. *Quis Romanorum primus uſus eſt holoſérica veſte?* Heliogábalus. *Qualis ante fuit in uſu?* Subſérica veſtis. *An blatta rodit ſéricum?* Non, ſed lanam & libros. *Quæ terra floret fábricis bombycĭnis?* Italia & Gallia.

IX.

Quo pacto Zeuxis pictor obiit? Cùm rugoſam vétulam aſpexiſſet, quam pinxerat, ita cachinnavit (cachinatus eſt), ut cachinno mortuus ſit; Diagŏras præ lætitia. *Quomodo Anácreon?* Acĭ-

no

no uvæ paſſæ ſtrangulatus eſt, qui inciderat in guttur; Godwin Anglus bolo panis, per quem pejeraverat. *Quomodo Jovianus Imperator*? Fœtóre carbónum. *Ubi*? In hypocauſto recèns illĭto calce. *Quomodo Régulus extinctus*? Inſomniis; nam cilia cum pálpebris ei præſecta ſunt. *Quomodo Fridericus Barbaroſſa*? Rigóre, cùm ſe lavaret in fluvio Cydno. *Cur cognominatus Barbaroſſa*? Quia rufus fuit, & rútilam barbam habuit.

X.

Quo inſtrumento ſcripſerunt olim? Stylo (gráphio). *Quâ formâ ſtylus erat?* Altera pars acuminata erat ad incidendas literas, in tabula cerata, ferrea cuſpide; altera lata ad delendas literas. *Hodie quomodo ſcribimus* (*exaramus literas*)? Cálamo. *Quì aptatur calamus*? Crena inciditur ſcalpro, poſtea acuitur & temperatur. *Cur Allatius deflevit amiſſionem pennæ ſuæ*? Quòd eâ triginta annos (nis) uſus fuiſſet. *Jápones quì ſcribunt*? A dextra ad ſiniſtram, & inde retro ad dextram, quin etiam deórſum.

DECAS IV.

I.

Quid áccidit Actæŏni? Dilaniatus eſt à canibus ſuis, quibus cópulam detraxerat. *Cur*? Quia transfiguratus erat in cervum, & cornua nata erant ex cránio. *An non ágnitus eſt à canibus*? Minimè. *Quid clamavit*? Actæon ego ſum, dominum cognoſcite veſtrum. *Cur priſci talia finxerunt*? Ut monérent, modum tenendum eſſe in venatione. *Quomodo olim venati ſunt*? Caſſibus (retibus) & indágine. *Quis venábulum invénit*? Piſcus Rex Thuſciæ.

II.

Quod eſt inventum Panos? Proditum eſt, Pana primùm junxiſſe cannas (calamos) cerâ, & ceciniſſe. *Cum quo certavit*? Cum Apólline. *Quis conſtitutus eſt árbiter certaminis*? Midas. *Cui palmam tribuit*? Pani. *Quo eventu*? Apollo midæ attribuit aures aſinínas. *Quo inſtrumento nunc canunt*? Fiſtulâ, quæ conficitur ex buxo. *Cur Pallas abjecit fiſtulam*? Quia viderat in ſpeculo,

culo, quod buccam inflaret. *Quis fuit Stentor*? Buccinator Græcorum, quo nemo clamosior. *Quid de Rolando proditum*? Quòd ita inflârit buccam, ut ultra octo milliaria audiretur, & rupta sit.

III.

Quo furto Edessa capta est? Grege caprorum conisçantium, & caprarum, cum quibus Caránus intravit in urbem; sic & Villarétus in Rhodum. *Quo casu Arnulphus Imperator occupavit Romam*? Occasione léporis, quem milites persequebantur, & refugientibus præsidiariis unà in urbem irruerunt. *Quomodo Dublinum incensum*? Fómite religato ex pedibus columbarum & pásserum. *Quis scripsit de stratagématis*? Polyænus & Frontínus.

IV.

Quis usus est canistri? Panis in eo cónditur, & ex eo promitur, cùm prandium aut cœna parata est. *Ex quo conficiuntur canistri* (*panaria*)? Ex siliginis virgis, ùt alii cóphini. *Quomodo prisci pransi sunt* (*pranderunt*)? Parcè ac frugaliter. *Quo finiverunt*? Malis. *Cur mensæ sternendæ sunt mappis*? Ut manus detérgere possimus. *Cur anagnostas* (*lectores*) *adhibuerunt in triclinio*? Ut animo quoque convivæ delectarentur, quo invitârant.

V.

Quid traditur de Erichthónio? Illum inveniss currus. *Cur*? Ut régeret deformitatem pedum. *Quot equos junxit*? Quatuor. *Quis carpentum invénit*? Carmenta mater Evandri. *Quot rotas habuit*? Duas, & muli traxerunt. *Quis vehebatur carpento*? Matrónæ, optimátes Augustæ. *Cisium quale fuit*? Duarum rotarum, & expeditum vehiculum; rhedâ usi sunt in itineribus. *Lápones quomodo vehuntur*? In trahis, quæ à máchlibus trahuntur.

VI.

Quis potitus est Hierosolymorum (*mâ & mis*)? Titus. *Quomodo expugnata sunt*? Crebris strágibus, & fame; nam tanta fuit cáritas, ut consumta (to) peno (penu, consumto pénore) non tantùm caro & cartilágo cara essent, sed etiam córium coxerint, & excrementa carè cinerint. *Quomodo Saguntum redegerunt ad deditionem*? Urserunt illam fame. *Quando fames dominata est in Germania*? Annus continetur hoc versu: Ut lateat nullum tem-

pus

pus famis, ecce CUCULLUM. *Quid ex fame oritur*? Peſtis, & aliæ contagioſæ lues.

VII.

Quid aſſervatur Lauréti in Italia? Caſa, in qua ſanctiſſima Virgo MARIA habitavit. *Quomodo Laurétum pervénit*? Angelorum ope eò delata eſt. *Quid Medioláni monſtratur*? Clavus, quo Chriſtus fuit affixus crúci. *Ubi Sudárium cuſtoditur*? Auguſtæ Taurinorum. *Quid Tréviris*? Toga Chriſti, cujus laciniam mulier evangelica tétigit.

VIII.

Quomodo ſegnes, & laſcivi, & petulantes pueri caſtigandi ſunt? Primò verbis; ſed ſi verba incaſſum cadunt, & dicto non ſunt audientes præceptori (pædagógo), cædendi ſunt férulâ; aut dorſum verberibus, ac ſcúticâ operiendum eſt, ut ſcápulas perdant. *Sin autem grandiúſculi & ephébi ſunt*? Carcere compeſcendi ſunt, aut mulcta iis irroganda. *An etiam feria concedenda pueris*? Omnino, ne ſtudium fatiſcat.

IX.

Quo priſci texerunt caput contra hoſtes? Cáſſide (galeâ). *Ex qua materia confecta erat*? Ex ferrea lámina. *Cudon ex quo confectus erat*? Ex crudo corio. *Quo ornabatur*? Criſtâ ex pennis. *Quì péctori caverunt*? Cataphractâ (thoráce, lorícâ). *Ex quo confecta*? Ex loris è crudo corio. *Quomodo præterea defendebant ictus* (*ſe ab ictibus*)? Scutis, clypeis, peltis, cetris, umbóne. *Aegis Jovis qualis erat*? In medio erat caput Medúſæ (Górgonis), cujus capilli in angues mutati.

X.

Ubi antíquitus pecus (*pécudem*) *ſervârunt*? In antris, uti nunc in caulis. *Quid legitur de bobus* (*bubus*) *Hérculis*? Quòd Cacus eas abégerit, cùm cárice, junco & grámine paſcerentur, & traxerit eas caudis in ſpeluncam. *Cur*? Ne veſtigia poſſet pérſequi. *Quì detecta eſt rapina*? Mugítu vaccarum. *Quomodo Hércules ultus eſt raptórem*? Percuſſit eum clavâ. *Quid geſtat præter clavam*? Exuvias leonis. *Quale proverbium de eo*? Difficile eſt Herculi clavam extorquére. *Quis par fuit Herculi*? Polydămas; nam leonem

nem pariter enecuit, vaſtum taurum ſuſtŭlit in humeros, currum rapidum ſufflaminavit, tandem ruente caute oppreſſus, quam ſuſtinere voluit.

DECAS V.

I.

Quare *cavillatorem cavére debemus* (*nobis à cavillatore*)? Quia plerumque eſt calumniator. *Quomodo Fabius dictus eſt per contumeliam* (*vituperationem*)? Cunctator; quòd cunctatus eſt aggredi hoſtem. *An cunctatio fuit ſalutaris*? Omnino; hinc clypeus imperii appellatus. *Quid Demóſthenes reſpondit calvo conviciatori*? Ego laudo, inquit, crines tuos, qui malam calvâriam fugerunt. *Quod remedium commendavit Plato contra convicia*? Sic vivas, ut illis fides non habeatur. *Qui fuerunt nobiles criminatores*? Pasquíno ſutor Romæ, qui prætereuntes malignè vellicabat, ac hodiéque ſátyræ ſolent ſtatuæ ejus affigi. Scioppius Ciceronem reprehendit, ideóque *canis grammaticus* dictus; ei ſimilis Laurentius Valla. Lavinius comœdias Terentii percenſuit, Zóilus Homérum & Platónem perſtrinxit, & Momus opera Deorum carpſit. *Quid inter alia deſideravit*? Feneſtram in pectore hominum, & cornua in armis (loris) taurorum. *Quid dicitur in tales vituperatores*? Cœlum vitúperant. *Cui ſimilis calumniator*? Diábolo & ſcorpio (óni), cujus cauda ſemper in ictu eſt. *Quomodo appellantur rábulæ Latinis*? Canes.

II.

Lyra cujus inſigne? Apóllinis. *Quot chordas habet lyra Apollinis*? Novem pro numero Muſarum. *Quis primus intercinuit citharam*? Amphíon. *Quid traditur de Amphione*? Quòd ſono teſtúdinis ſaxa moverit. *Quid de Orphĕo*? Quòd cantu ſylvas moverit, & inhibuerit curſum amnium. *Quid proditum eſt de Aríone*? Quòd delphíni (delphínes) ſecuti ſint navim, & unus eum ejectum portârit dorſo Corinthum. *Quid de Aſino Ammónii*? Quòd relicta farrágine audiêrit herum explicantem Poëticen. *Quæ alia inſtrumenta muſica*? Bárbitus, (on), cymbălum, ſambúca. *Quibus claſſicum cecinerunt*? Tubâ, lítuo, tympăno; hinc habuerunt tubícines, litícines, tympanótribas.

III.

III.

In quot classes divisi erant cives Romani? In sex classes. *Quales erant in prima classe*? Ditissimi. *Qui in altera*? Ditiores. *Qui in tertia*? Divites. *Qui in quarta*? Mediocres. *Qui in quinta*? Módici. *Qui in sexta*? Tenuissimi, qui capite censebantur. *Quis populum retulit in classes*? Servius Tullius. *Cur in censum relatus*? Ut ex prædiis, agris & fundis vectigália solverent. *Quod fuit munus censórum*? Non tantùm censére fortunas civium, sed etiam notare mores singulorum. *Quid Juvenalis*? Dat veniam corvis, vexat censura columbas. *Qu modo censura peragitur optimè*? Si judex, alios quod monet, ipse facit.

IV.

Cur Romani creârunt cónsules? Ut curam gérerent civium, & consúlerent publicæ rei. *Ubi convenérunt*? In curia. *Quæ fuerunt insignia consulum*? Fasces virgarum ex bétula cum secúri, quos lictores prætulerunt: deinde prætexta, denique sella curúlis, quæ ex ébore facta. *Cur duo fuerunt*? Ut si unus malus esset, alter eum cohibéret, quia parem potestatem habebat. *Quis solus consul fuit*? Pompejus magnus. *Quid Cicero joco dixit in Caninium*? Quòd per totum consulatum vigilaverit, cùm septem tantùm horis ei præfuisset.

V.

Ubi Ethnici consuluerunt Apollinem? Inprimis Delphis: sex tamen hybernis mensibus etiam Pátaræ. *Quare*? Ut éderet oraculum in dubiis rebus. *Per quem reddebantur oracula*? Per vatem, quæ sedebat super cortína, (tripŏde) ex lauro. *An adhuc ibi eduntur oracula*? Non, sed obmutuerunt nato Christo. *Quid inscriptum erat foribus, sive sublimini templi*? Nosce te ipsum *Ubi siti sunt Delphi*? In umbilíco Græciæ, & centro, ut credebant, mundi. *Quid de aliis hariolis observandum*? Eos solitos esse inhalare aram, ut cum nidóre divinam animam acciperent, & hariolari possent.

VI.

Quinam habent monopólium arómatum? Belgæ fœderati. *Quis usus est arómatis*? Coqui condiunt cibos aromátibus, ut jus melius

us ſapiát. *Quibus potiſſimùm utuntur*? Pipĕre, quod creſcit in India; croco, quod provenit nunc etiam in Auſtria; & Zingíbere, quod in Arabia naſcitur. *Qui autem caret exóticis*? Is adhibet doméſtica, ut cepas (cepe). *Quódnam eſt optimum condimentum*? Fames; tunc enim ſolemus boni conſúlere panem butyro íllitum, imò aſſum panem, aut etiam mucidum, & ráncidum lardum: idcirco Alexander dixit, ſe coquis non indigére. *Quid de ſale cenſendum*? eum (id) maximè neceſſarium eſſe; nam absque eo cibi ſunt fatui. *Quo Láppones pro ſale utuntur*? Córtice pini comminuto. *Quid præcipuè in deliciis poſuêre Romani*? Jecur ánſeris, verris (majális), & ex piſcibus mulli. *Quis autem cibus ſaluberrimus*? Cremor ptíſanæ ex avéna aut hórdeo tuſæ. *Quis ſcripſit de coquinaria*? Apicius, qui omnibus decoctis veneno vitam finivit.

VII.

Quale ſymbolum habent Belgæ? Concordiâ res parvæ creſcunt, diſcordiâ vel maximæ dilabuntur. *Quomodo id oſtendit Scilúrus, Scytharum Rex*? Faſce ſagittarum, quem dedit frangendum octoginta filiis. *Quomodo respubl. Romanorum peſſúmdata eſt (peſſumivit)*? Diſcordiâ prócerum. *Quid Senatus popoſcit (poſtulavit) à Cæſare*? Ut legiones exauctoraret. *Quid reſpondit*? Negavit ſe facturum ante, quàm conſul declaratus eſſet. *Num ſuffragatus eſt Senatus*? Minimè, ſed refragatus eſt.

VIII.

Quam ob cauſam tragœdi uſi ſunt cothurno? Ut eo grandiores apparérent; comœdi autem ſoccos uſurpârunt. *Qui ſunt clari comœdi*? Roſcius & Ambívius. *Quid Apelles reſpondit crepidario*? Ne ſutor ultra crépidam. *Cur*? Quia calceum rectè notaverat, ſed malè tibias & ſuras correxit. *Quale ſymbolum habuit*? Nulla (nullus) dies ſine linea. *Cur inſuper laudatur*? Quòd docuit aptare penicillos. *Qui præterea célebres pictores*? Parrhaſius Zeuxídem fefellit linteo, & hic volucres uvâ. Cleophantes tritis lateribus pinxit.

IX.

Qua de cauſa Dámocles prædicavit ſortem Dionyſii tyranni Syracuſarum? Propter regias dapes & vaſa, quæ partim facta erant

ex ſolido auro, partim etiam obducta erant cruſtâ (bracteâ) auri & argenti. *Qua ratione confutavit paraſitum Dionyſius*? Poſuit eum in ſella, quæ fulgebat auro, & appoſuit lauras épulas; ſuſpendit autem gladium ſuper caput ejus ex pilo. *Qualis erat hic Dionyſius*? Súſpicax, ut non confiſus ſit tonſori, ſed candentibus carbonibus aduſſit pilos. *Quæ ejus ſors fuit*? Expulſus Syracúſis confúgit Corinthum, atque ibi ludum literarium aperuit.

X.

Quis fuit antiquiſſimus victus? Romani diu vixerunt pulte, quæ ex farina, aqua, melle, caſeo & ovo mixta erat, & crambe. Poſtea inchoârunt panem coquere. *Quis docuit homines coquere panem*? Ceres, quæ etiam cribrum invénit, quo farína cernitur à fúrfure. *Quomodo farina conficitur*? Olim frumentum pinſuerunt pilo in piſtríno; nunc autem mólitur in mola, atque ex flore ſímila (ſimilago) fit. *Quis autem furnos invénit*? Anus Aegyptiăca. *Olim à quibus panis coctus eſt*? A feminis & matronis; ſic conjux Phociónis legitur coxiſſe panem. *Nunc autem quibus cónvenit*? Piſtoribus (artocŏpis), qui nudis brachiis, etiam pedibus deſpuerunt, fermentârunt maſſam, panes finxerunt, atque in furnum conjecerunt.

DECAS VI.

I.

Quis fuit potentiſſimus Regum? Alexander Magnus. *Unde id liquet*? Quia alios reges privavit regnis: aliis autem diribuit regna, gentes indómitas domuit, atque adjecit ditioni ſuæ. *Quæ ratione potuit debellare Daríum; cùm tamen is haberet exercitum décuplo numeroſiorem*? Alexander erat bellator, & habebat lectiſſimam manum veteranorum militum, qui pleni erant cicatrícum, Daríus autem inordinatam turbam tironum. *In quod vitium incidit Alexander per prædas & ſpolia*? In luxum & faſtum. *Quid Scytha exprobravit ei*? Gloriaris te ad latrones perſequendos venire; omnium gentium, quas adiîſti, latro es.

II.

Quos ludos luſerunt olim? Miſerunt pilam, diſcum jecerunt in altum, trochum verſârunt, paxillum pepulerunt paxillo, certâ-

runt

runt cursu & celeritate pedum in stadio, cæstu in agonibus, & ab athlétis in palæstra docti sunt; par & impar luserunt (digitis micuerunt); præterea luserunt novem scrupis, & duodecim scrupis. *An etiam coni fuerunt priscis noti, qui globis proruuntur?* Non videntur. *Quando inventus ludus latruncutorum?* Tempore Chósrois I. Persarum regis. *Quare ludus regius appellatur?* Quia dicunt Schach linguâ Persarum regem notare. *Quis victor judicabatur?* Qui alterum ad íncitas redégit.

III.

Cur Diógenes Cynicus est mirabilis? Quia non habitavit in domo, sed in dolio, & cubuit sine pulvinari. *Quid rogavit Alexandrum?* Ne officeret lumini. *Quid respondit Alexander?* Nisi Alexander essem, vellem Diogenes esse. *Qualia supellectilia habuit?* Supellex curta fuit, nempe pera, polenta, baculus, pallium. *Cur scyphum abjecit?* Quia vidit se carere posse illo, cùm juvenis volâ bibisset.

IV.

Qua origo est aurei vélleris? Mercurius donavit Hellæ aríetem, (Hellen aríete, i. e. aureo vellere,) quem illa dedit dono fratri suo Phryxo, qui trajécit Hellespontum, & Cólchide in fano suspendit. *Quis illud vellus ábstulit Cólchide?* Jason cum Argonautis. *Quis custodiebat aureum vellus?* Draco, quem veneno interfecit. *Cur hoc notabile?* Quia nunc est celeberrimus ordo. *A quo institutus est?* A Philippo Bono Burgundióne.

V.

Extíspices unde præsagiebant futura? Ex extis (viscéribus), videlicet ex corde, pulmóne, jécore (jecínore, hépate) liéne, & rene. *Num veri quid divinare potuerunt?* Videlicet (scilicet). *Quid Cicero miratus de extíspicibus?* Quòd possint risum tenere, quoties sibi occurrarent. *Quid narratur de Chamæleonte?* Quod habeat maximum pulmónem, & vento alatur. *Qui símiles sunt ei?* Homines ventosi, qui gloriantur. *Quis usus est pulmónis?* Ejus ope respiramus, & quamdiu anima reciprŏcat, tamdiu vivimus.

IV.

Quos autem Numa sacris præfecit? Flámines. *Quomodo ornati erant?* Infulâ & vittâ. *Quis usus erat vittæ?* Religabant illâ capillos,

pillos, utì filis. *Quomodo mactabantur juvenci, qui deſtinati erant victimæ*? Pariter vittâ & infulâ. *Quis mactabat victimas?* Popa, atque utebatur ſecéſpitâ. *Quid ante faciebat, quàm mactaret*? Invergebat vinum inter cornua fronti. *Quod malum omen erat*? Si taurus reluctaretur, nec ſequi ductorem volebat.

VII.

Cujus erat manumittere ſervos? Prætóris. *Quomodo fiebat hoc*? Feriebat eos feſtúcâ (vindictâ), & dabat iis pileum, tanquam (ceu) ſignum libertatis. *Ubi ſuſpenderunt vincula*? In delúbro Saturni. *Quomodo appellati ſunt*? Liberti. *An diſcrimen erat inter libertínos & ingenuos*? Omnino. *Quis mancipatum abrogavit*? Conſtantinus Magnus, quia ſumus omnes mancipia Chriſti. *Quæ fortuna ſervorum erat*? Miſerrima; nam incluſi ergáſtulo, fracti labore, & ne auffugerent, ſtigmăte notati ſunt, ac frons literata.

VIII.

Qua arte Theſeus ſe extricavit ex Labyrintho? Glomo (glómere) fili, quod Ariadne ei dederat. *Quem in finem detruſus erat in Labyrinthum*? ut à Minotauro conficeretur, cui Athenienſes ex fœdere ſeptem liberos quot annis objiciebant devorandos. *Quale monſtrum fuiſſe fingitur*? Biforme; ſuperior pars erat figura hominis, inferior autem forma tauri. *Quales Harpyiæ*? Rapacia monſtra, ore virginali, uncis manibus, & corpore vólucres, numero tres: Aëllo, Ocypĕte, & Celæno.

IX.

Quæ Dea erat præpoſita floribus? Flora. *Quem in finem*? Ut mali, piri, pruni, céraſi, ceteraéque pomi, item fraga in fruticétis bene florérent & deflorerent, & mala, pira, pruna, céraſa bene provenirent. *Quod inſectum eſt infeſtum arboribus*? Erúca, quæ ex óvulis papilionis naſcitur. *Quâ gratiâ Fornáci feſtum inſtituerunt*? Farris torrendi gratiâ. *Qua de cauſa Fortunam coluerunt*? Quia Fors eſt domina campi.

X.

Unde Strabónes dicuntur? A diſtortis oculis. *Cur Horatius eſt appellatus Flaccus*? A Flaccis auribus. *A quibus magni factus eſt*? Ab Auguſto & Mæcenáte. *Cur*? Ob ejus feſtivitatem & lepórem.

rem. *Quì nominavit eum Augustus*? Lepidissimum humuncionem. *Cur lippus fuit*? Forsan, quia merum amavit. *Cur Quintilius dictus est Varus*? Ob vara & prava crura. *Cur Fabius dictus est Verrucosus*? A verrúcis. *Cur Mutius dictus est Scævola*? Quia mancus erat; nam dextram adusserat, læva tantùm integra erat. *Quid ex his concludis*? Romanos etiam à nævis & vitiis cognomina imposuisse.

DECAS VII.

I.

Quale insigne tribuerunt Poëtæ Saturno? Curvam falcem, quia flavas & maturas fruges primus falce demessuit. *Cujus rei symbolum est falx*? Temporis, quod pariter omnia démetit. *Quare regnum Saturni dicitur aureum sæculum*? Quia tellus fruges sponte protulit. *Quomodo Famam effinxerunt*? Pegaso alato, quia nihil velocius. *Quomodo Janus effictus est*? Bifrons cum clave & baculo. *Quomodo occasio effingitur*? Fronte capillatâ, postica occasio calva est. *Quid hoc monémur*? Ne illam dimittamus, cùm eam nacti sumus.

II.

Quibus similes sunt, qui fovent ingratos? Rustico, qui anguem virulentum in sinu & in foco refóvit. *Num malo affectus est*? Morsus est lumbo, & domus ejus infecta est veneno. *Reperiuntúrne exempla ingratorum*? Frequentissima. Athénæ coëgerunt Sócratem cicútam bibere; Nero Senecam (Senecæ) éphorum suum jussit venas aperire in tepenti aqua, etsi uterque vacui essent omni culpâ. *Quid Pompejus respondit Marcellino, cùm maledicentissimus esset in eum*? Non te pudet maledicere ei, cujus beneficio facundus factus, cùm mutus esses? & famélicus cùm esses, vómitum non ínhibes? *Cur Pompejus fugam cepit ad Ptolemæum Dionysium*? Quia fretus erat beneficiis suis, quibus eum cumulaverat, & officiis; nam reduxerat patrem ejus in regnum suum. *Num parem gratiam ei retulit Ptolemæus*? Minimè, sed jussit eum obtruncari, truncum abjici, & caput Cæsari obtulit. *Quid Cæsar fecit*? Non potuit tenére lacrymas, cùm conspexisset.

III.

Cur canis apud Aesopum renuit accipere à fure frustum panis, seu offam carnis? Quia intellexit fraudem ejus, quòd vellet sibi os occludere, & furari, & expilare arcas. *Quæ pœna furum*? Apud Romanos olim dupli, tripli (pœnâ) damnati sunt. Sed si clathros (thra), fores, cistas vi effregissent, tum etiam fixi sunt furcâ, & fauces fractæ laqueo. *Cur Magnus rex Suecorum appellatus est fera horreornm*? Quia fures unà cum lupo vivo pedibus suspendit. *Quæ pœna fuit fœneratorum*? Quádrupli damnati sunt, quia fœnŏre exĕdunt cives. *Quam pœnam luunt sectores crumenarum*? Fustibus cæduntur, quando deprehensi sunt. *Cur Turinus fumo suffocatus*? Quia falsas gemmas pro veris magni (magno) venúmdedit. *Quam sententiam tulit Alexander contra eum*? Fumo pereat, qui fumum vendidit. *Qualis fuit hic Imperator*? Laudabilis; fuit inprimis exosus fures. *Quid inscripsit foribus palatii sui*? Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris. *Quis Autólycus*? Filius Mercurii, insignis fur, & in varias species se formavit. *Cur Onésimus laudabilis*? Quod ex fure pius evaserit.

IV.

Libitinæ qualis Dea? Dea funerum, atque in ejus templo locabantur, quæ essent necessaria ad faciendum exequias. *Cur quadrantem indiderunt ori defuncti*? Ut eum porrigeret Charonti pro naulo, quia non gratìs transvexit. *Quid præficæ fecerunt*? Planxerunt mortuum. *Cur adhibuerunt siticinem*? Ut caneret næniam sepulchralem, & laudes defuncti. *Qui efferebantur à vespillonibus*? Pauperiores & sontes. *Quid factum ditioribus*? Cremati sunt in rogo (pyra), & cíneres cónditi sunt in urna. *Quo pacto consecrabantur Augusti*? Aquila emissa ex pyra, utì pavo in consecratione Augustæ.

V.

Legio quot cohortes continebat? Decem, & singulæ cohortes habebant tres manipulos. *Quot turmas habuit legio*? Decem, & singulæ turmæ tres decurias. *Quando lustrabatur exercitus*? Plerumque singulis lustris; præcipuè tamen, quando novus imperator accederet. *Quid porrò fiebat post lustrationem*? Mittebantur inutiles, & pubes legebatur in eorum locum. *Quæ signa habuerunt?*

runt? Aquílifer legionibus aquilam prætulit; draconarius draconem cohorti; manipŭlo erat manipulus fœni, lábarum Imperatori prælátum. *Quale ſignum Turci habent*? Caudam equínam.

VI.

Quo cibo veſcebantur antiqui? Primò glande querněa & fagĕa, poſtea pulte. *Quæ arbores proferunt glandes.* Quercus, ilex, robur, éſculus, & fagus. *Quorum eſca nunc ſunt glandes*? Porcorum, qui glandibus gliſcunt, non ſecus ac ſi ſaginarentur in hara. *Quæ arbor inprimis utilis?* Indica, cocos dicta, in inſulis Maldivínis, quòd ex ſucco oleum, vinum, butyrum, lac, ſáccharum, & ex fructu panis conficitur; folia ſcribendo, truncus ædificando, & liber veſtiendo aptus.

VII.

Quale proverbium de gráculo? Gráculus gráculo áſſidet; item graculus inter Muſas. *In quem quadrat hoc?* Cùm ignarus artium eſt inter gnaros. *Cujus Imperatoris ſymbolum cónvenit*? Ottonis Quinti: ſtrepit anſer inter olóres (cygnos, & cycnos). *Qui ſimiles ſunt gráculis*? Gárruli; nam & illi multum garriunt. *Quæ aves præterea ſunt garrulæ*? Pica & monédula. *Quo ingenio ſunt hæ aves*? Amant monétam, ut etiam clam eam ſurripuerint, & abſconderint (diderint, occuluerint).

VIII.

Quid lupus oravit gruem? Ut extraheret os ex glutto, quod hæſerat de vervéce, quem voraverat. *Quid ſpopondit grui*? Promiſit præmium, aut potiùs mercedem. *An grus mota eſt*? Omnino, atque roſtrum inſeruit in fauces, & evellit os. *An lupus gratus fuit, & mercedem ſolvit*? Ingratiſſimus fuit; nam ne habuit quidem gratiam, nedum retulit. *Quid priſci de ingrato homine cenſuerunt*? Quòd terra nihil pejus alat. *Unde rati ſunt priſci ravim oriri*? Rati ſunt eos raucos fieri, quos lupus vidiſſet prior. *Quis vocem prorſus dicitur amiſiſſe*? Quintus Hortenſius, æmulus Ciceronis.

IX.

Quale proverbium eſt de talpa? Talpâ cæcior. *An noxium animal eſt*? Omnino; nocet gramini, pratis & hortis, dum gru-

mos egerit. *Quid de glire montano observas?* Ille non infestus est granariis, hordeo, tritico, avénæ, ùt glis domesticus; sed ineunte hyeme abdit se in cavernas, ac dormit, & tamen pinguis est: scribunt etiam eum fuisse in deliciis Romanorum, ùt vespertilio Indis. *Quid narratur de muribus, cùm Sennacherib obsideret Pelusium?* Eos corrosisse nervos arcuum, & habénas frenorum, ut coactus sit reducere exercitum. *Quomodo Chósroës II. coactus est solvere obsidionem urbis Nisibin?* Propter pediculos & púlices, quibus jumenta infestabantur.

X.

Quid Thrasius hortatus est Busiridem? Immolare hospites Jovi, & eum expiare (litare) humanis hostiis. *Quid dixit Busirides?* Heus Thrasi! tu eris prima hostia. *Quid Perillo áccidit?* Exustus est primus in æneo tauro, quem fabricaverat Phaláridi, ut sontes cremarentur, & mugítum éderent. *Quid quadrat in eos?* Illud Hesiódi: Malum consilium consultori pessimum. *Quid Laócoon auctor fuerat Trojanis?* Ne abiégnum equum reciperent in urbem; sed magno suo malo consilium spreverunt.

DECAS VIII.

I.

Unde januæ nomen habent? A Jano, quia est inventor januarum & valvarum. *Quæ notanda sunt circa januam?* Primò duo cárdines, qui infixi sunt posti ligneo aut lapideo, in quibus janua vertitur; deinde sera, quâ ostium obseratur, & quæ clave reseratur; interdum etiam intus péssulus obditur.

II.

Qui sunt judices inferorum? Minos, Aeăcus, & Rhadamanthus. *Cur?* Ob insignem justitiam & æquitatem. *Quid Minos habet præcipuum?* Sceptrum aureum, cùm ceteri habeant tantùm baculos, quia judicia horum examinat & cognoscit. *Quomodo pingitur justitia?* Cum lance & religatis oculis. *Quod fuit symbolum Justiniani Magni?* Summum jus, summa injuria. *Quod est remedium injuriarum?* Oblivio. *Quod fuit officium furiarum?* Arden-

Ardentibus tædis facibúsque perſequebantur facinoroſos (ſceleſtos). *Quot furias finxerunt*? Tres: Alecto, Megæram, & Tiſiphŏnem.

III.

Quid commemoratur de gigante Tityo? Eum jacére exporrectum per novem júgera. *Quid de Briaréo*? Eum habere centum brachia, & quinquaginta ventres, & humatum eſſe ſub monte Aetna; ideo Aetnam toties flammas evómere, quoties latus moveret. *Quid de Tiphoëo*? Eum alterâ manu attingere orientem, alterâ occidentem, vertice autem tangere cœlum. *Quid ſacer Codex prodit de Ocho*? Spondam lecti ejus fuiſſe novem cubitorum, (cubitos, cubitis). *Ubi oſſa gigantum oſtenduntur*? In Sicilia, & ex eorum proportione ſequitur, eos longos fuiſſe ferme ducentos pedes.

IV.

An liciti ſunt joci (*joca*)? Sunt, ſi ſint urbani & liberales, atque ſatisfecerimus ſeriis ac ſeveris rebus. *Obſcœnus autem & vernilis jocus quos decet*? Scurras ac vernas, non autem ingenuos. *Quid prodeſt jocus*? Animus defatigatus & laſſus eo recreatur. *Quid de Cæſare proditum eſt*? Illum ſale & facetiis ſuperâſſe omnes. *Quid de philoſophis Socráticis*? Eorum libros refertos eſſe jocis. *Ex poëtis qui fuerant jocóſi*? Ariſtóphanes & Plautus, ille ex Græcis, hic ex Latinis. *Cujus ſeveritas eſt notabilis*? Catónis; nam vehemens erat in corrigendis vitiis. *Quales ſunt plerique ſenes*? Morósi & ſtomachósi, ſed juvenes proni in ludos.

V.

Quod erat ſymbolum Imperatoris Probi? Pro ſtipe labor. *Quod Sevéri*? Laboremus. *Quot labores Hércules exantlavit*? Innumerabiles; inter alios hydram in palude Lernæa extinxit, quæ habebat quinquaginta, aliis ſeptem capita, & ſin unum amputabatur, duo pullulabant: Antæum gigantem luctâ proſtravit: frendentem leonem in ſylva Nemea jugulavit, eum deglupſit, & exuvias pro inſigni ſumſit. *Quid porrò*? Dicitur iſthmum perfodiſſe ad Gibraltariam, ubi nunc fretum eſt, & montem Abylam trans fretum in Africa, & Calpen cis (citra) fretum in Hiſpania poſuiſſe, quæ idcirco columnæ Herculis appellantur. *Quid igitur de Hercule cenſendum*? Eum fuiſſe teretibus ac compactis membris,

inprimis valuiſſe lacertis; hinc non témerè quisquam, nec impunè eum laceſſivit, nec læſit.

VI.

Ad quem diverterunt Jupiter & Mercurius? Ad pauperem Palæmŏnem & Báucidem; nam ab opulentis non excipiebantur. *Quibus ſellis ſederunt?* Gramineo thoro. *Quâ mensâ uſus Palæmon eſt?* Trípede. *Qualis erat?* Impar; hinc parem fecit teſtâ. *Quæ ferculu appoſuit Diis?* Ova, quæ cocta erant favillâ; poſtea olus cum fruſto lardi, quod ſecuerat de térgore aut perna in nigro tigno: denique appoſuit menſam ſecundam, nuces, cáricas, pruna, dáctylos ex palmis, mitia & redolentia mala in pátulis caniſtris (catillis). *Ex quibus vaſis biberunt?* Cratére, qui fabricatus ex argilla, & filicato poculó, quod ex fago erat. *An Dii contenti fuerunt tenuiculo apparatu?* Omnino, præcipuè cùm boni vultus accederent.

VII.

Quæ ſunt legumina? Lens, ervum, piſum, cicer, vicia, faba. *Quomodo creſcunt hæ fruges?* Cùm grana ſata ſunt, gérminant, deinde herbeſcunt, mox florent, denique ſiliquantur, poſtremo pérticâ excutiuntur ex ſíliquis. *Quo pacto olim extriverunt grana?* Circumagitârunt boves aut equos. *Quomodo creſcunt frumenta?* Ferè pari modo; nam ex grano germen naſcitur, ex germine herba, ex herba culmus ſurgit, ex vagína ſpica, atque in glumis continentur grana. *Quomodo purgantur ab ácere & feſtúcis?* Vanno vannuntur. *Ex quo facta eſt vannus?* Ex ſalignis virgis, quæ degluptæ ſunt. *Cur autem ventilabro jactantur in horreo?* Ut itidem paleæ ſeparentur. *Quod è granis plurimùm multiplicatur?* Milium & papáver.

VIII.

Quanti veniit fictilis lucerna Epictéti? Tribus millibus drachmarum (ter mille drachmis). *Quis fuit Epictétus?* Servus, ſed literatus, & ſcripſit enchirídion, in quo univerſam philoſophiam complexus duobus verbis: SUSTINE ET ABSTINE. *Quis hoc vertit latinè?* Angelus Politianus. *Quis fuit Plautus?* Pariter ſervus, qui ſuam operam locaverat piſtori, & ſi vacabat à mola, comœdias compoſuit. *Quid Varro cenſuit de illis?* Si Muſæ latinè loqui vellent, eas locuturas eſſe Plautíno ſermone.

IX.

IX.

Quo vitio laborabat Tamerlan? Erat lóripes. *Quo Bajazeth?* Erat luſcus. *Quid propterea miratus eſt Tamerlan?* Quòd ſe Deus & Bajazethum præpoſuerit regnis. *Quæ ſors Bajazethi fuit?* Incluſus eſt caveæ ferreæ, & circumvectus in ſpectaculum. *Quæ fuit fortuna Valeriani (Imp.)?* Aequè miſeranda; nam Sapor uſus eſt eo pro ſcabello, quoties conſcendit equum; poſtremò deglupſit ei cutem. *Cur Edmundus Henrici III. Angli filius excluſus regno?* Quia erat gibboſus.

X.

A quo malus inventus? A Dædălo. *Quem in finem?* Ut velum álligent nautæ, ubi non poſſunt contis ſubigere ratem. *Velum ex quo conficitur?* Ex linteo. *Ubi linum optimè próvenit?* In Aegypto. *Quare illa eſt tam plena molibus?* Ne agri quidam oblimentur limo redundante, & ſtagnante Nilo. *Quid traditur de crocodilo?* Eum lacrymas emittere, cùm conſpexerit hominem, mox autem eum devorare. *Quales Aegyptii?* Superſtitioſiſſimi, adeò ut etiam membrátim dilaceraverint militem Romanum, qui felem confecerat; quin cepas & pórrum quoque coluerant. Hinc Juvenalis: *Felices gentes, quibus hæc naſcuntur in hortis Numina.*

DECAS IX.

I.

Quibus ritibus olim condidêre urbes? Junxerunt taurum & vaccam arátro, poſtea arârunt, ubi lira erat, ibi murum excitârunt; ubi ſulcus erat, ibi foſſam foderunt; ubi portam voluerant eſſe, ibi portârunt aratrum. *Qua fraude Romulus allexit incolas?* Aſylum aperuit in luco. *Quomodo diviſit populum?* In tres tribus, & ſingulis tribubus attribuit certam partem urbis. *Cur germanum fratrem Remum perémit?* Quia muros tranſilierat. *An juſta cauſa cædis?* Frivŏla & levis, aut prætextus potiùs. *Qua verior cauſa?* Quia regna ſocium ferre neſciunt.

II.

Quamobrem notatu digna eſt obſeſſio (obſidio) Vejorum? Quòd primum hyematum ſit ſub tabernaculis, quæ ex pellibus facta erant;

erant; deinde ſtipendium penſum militibus, ne remearent ex more domum. *Quid porrò?* Milites adacti ſunt jurejurando, nonniſi captâ urbe reıneare. *Quomodo urbs coacta eſt ad deditionem?* Non ſcalis, nec irruptione, ſed cunicŭlis. *Cur decimas miſerunt Apollini Pythio?* Quòd ejus ope potiti ſint urbe. *Cui ſpolia opíma retulerunt?* Jovi Ferétrio. *Num adhuc ſuperſunt reliquiæ urbis?* Ne veſtigium quidem extat.

III.

Quot fuerunt miracula mundi? Septem: primò mœnia Babylonis; deinde Mauſoléum, quod Artemiſia ſtruxit Mauſólo marito, regi Cariæ; tertiò, pénſiles horti Semirámidis, qui ſuperſtructi erant cámeris (árcubus); poſtea templum Diánæ, domus Cyri, ſimulacrum Jovis Olympii; poſtremò (tandem, denique) Colóſſea ſtatua Rhodi, tantâ magnitudine, ut per intervalla crurum naves poſſent navigare paſſis velis.

IV.

Quis primus cudit nummos? Numa Pompilius. *Ex quo cuſi ſunt olim?* Dionyſius cudit ſtanneos ex ſtanno, Byzantíni ferreos; denique cœptum eſt cudi argenteos & aureos, quin etiam ſcorteos ex cocto ſcorto. *Quomodo ſolverunt olim pecuniam?* Non numerârunt, ſed pependerunt lance (librâ). *Quâ menſurâ olim menſi ſunt?* Cúbito, pede, ſpithămâ, pugno. *Quis pondera & menſuras invénit?* Phidon Argívus.

V.

Qui fuit Lyncéus? Unus ex Argonautis, qui potuit proſpicere triginta millia paſſuum inſtar lyncis, nec ſolùm tranſmittere viſu macerias & parieres, ſed etiam ſaxa & truncos. *Quis ei ſimilis?* Strabo, qui ex Sicilia naves in Carthaginienſi portu dicitur numerâſſe. *Qualis autem fuit Argus?* Totus ocúleus; nam centum oculos habuit. *Quid fingitur de oculis ejus?* Binos dormiviſſe ſimul, cùm ceteri omnes interim vigiles eſſent. *Quid factum fingunt, cùm occiſus eſſet Argus* Oculi ejus inſerti caudæ pavónis. *Cui dicatus eſt pavo?* Junóni. *Quid ei queſtus eſt?* Sibi negatam eſſe ſuavitatem vocis. *Quid reſpondit Juno?* Hanc ejus ſortem eſſe, ut vincat luſciniam plumis, philoméla autem prædita ſit voce. *Quid oſtendit hæc fabula?* Neminem contentum eſſe ſua ſorte.

Quis

Quis linguam exſecuit Philomelæ? Tereus, qui idcirco mutatus in úpupam. *Qualis eſt úpupa?* Eſt quidem ornata verſicolóribus plumis, ſed fœtet.

VI.

Conchylia quotuplicia ſunt? Sunt vel conchæ, vel óſtrea. *Ubi capiuntur óſtrea?* In ora maris. *Quid mirabile de iis?* Quòd impleantur naſcente lunâ, & ſeneſcente decreſcant. *Quotúplices ſunt cochleæ terreſtres?* Duplices, limax & teſtúdo. *Quid notas de teſtudine?* Eam tardiſſimam eſſe, ſed teſtâ ſuâ onuſtum plauſtrum ſuſtinere. *Ubi maximæ?* In India orientali, quadringentarum librarum & amplius. *Quot ſunt ſpecies cancrorum?* Cárabi, & áſtaci. *Qualis beſtia eſt cancer?* Anceps; nam in terra vivit & aqua. *An nat (natat)?* Non, quia non habet pinnas, & pro branchiis & ſquammis habet teſtas, ſed retrográditur. *Quomodo capiuntur?* Retibus & naſſis; brachiis (chelis) ſe defendunt.

VII.

Quis fuit maximus orator inter Græcos? Demóſthenes. *Quâ viâ ſibi comparavit eloquentiam?* Non modò induſtriâ; nam opifices antelucanâ ſuperavit induſtria, & confeſſus eſt ſe plus olei, quàm vini conſumſiſſe; ſed etiam meditatione; nam ſolitus eſt declamare ad mare, cùm frémeret & ſtridéret. *Cur hoc?* Ut diſceret murmur & ſtrépitum fori ſuperare. *Cur Thucydidem deſcripſit octies?* Ut ejus ſtylo aſſueſceret; nam teſte Cicerone ſtylus præſtantiſſimus effector atque magiſter dicendi. *Quot præter illum fuerunt nobiles oratores?* Decem, qui propterea vocantur nobilis decas veterum oratorum.

VIII.

Quæ aves ſunt vivaces præ ceteris? Phœnix in fabulis quingentós annos, corvus autem & cornix tria ſæcula dicuntur vivere; palumbes etiam triginta, & quadraginta annos vivit. *De paſſere autem quid traditur?* Eum eſſe ſalaciſſimum omnium. *Cur gallus gallinaceus eſt notabilis?* Primò quòd pugnaciſſimus ſit; deinde quòd plauſu índicet cantum, & cantu lucem. *Quid porrò?* Quòd canat & plaudat, cùm victor eſt. *Ubi certamina publica inter gallos inſtituuntur?* In Anglia, datis in victorem pignoribus. *Cur Alectryon à Marte mutatus eſt in gallum?* Quia in ſtatione obdormiverat.

miverat. *Cur hirundo notabilis?* Quia eſt prænuncia veris. *Quale proverbium de illa?* Una hirundo non facit ver.

IX.

Ubi Zeno docuit? In pórticu, quæ Græcè dicitur Στοά. *Quomodo propterea appellatus?* Princeps ſtoicorum. *In quo poſuit felicitatem?* In virtute. *Quantâ auctoritate pollebat?* Ut claves urbis deponerentur apud illum. *Ubi Plato ſcholam aperuit?* Prope Athénas in ſylva Académi; hinc Academiæ appellantur. *Quanti Cicero eum putavit?* Tanti, ut dixerit, ſe malle cum Platone errare, quàm cum aliis rectè ſentire. *Quanta erat auctoritas Pythágoræ?* Tanta, ut diſcipuli probationis loco reſponderint: *ipſe dixit.* *Quid Seneca rectiùs ajebat?* Nullius nomen fero, nemini ſum mancipatus, multum aliis tribuo, aliquid & mihi víndico.

X.

De púmice quid notas? Quòd non peſſum eat, ſed natet in aqua, quod de nullo lapide dici poteſt. *Quì fit hoc?* Quia plenus eſt poris (orum); nam ferè tam poroſus eſt, utì ſpongia. *Cur autem magnétem miramur?* Eum attrahere ferrum, & ſemper ferri polum árcticum verſùs; deinde quaſi nutriri ſcobe ferri. *Quis invénit pixidem náuticam?* Joannes Goja. *Quis eſt uſus illius?* Illius ope nautæ dirigunt curſum in profundo mari (pélago). *Ubi habent illam pixidem?* In puppi, ubi Gubernator clavum (gubernaculum) tenet, & navim gubernat.

DECAS X.

I.

Cur Uladislaus rex Poloniæ cognominatus eſt Lócticus? Quia pumilio (nanus) erat, inſtar puſiónis ſeſqui aut duorum quadrantum. *Quid traditur de Pygmæis?* Eos eſſe inſtar pupárum, nec excedere ternas ſpíthamas, & vehi perdicibus, quando certant cum gruibus. *Ubi Inſula Pygmæorum ſita?* Juxta Scotiam, & ſic dicta à proportione oſſiculorum, quæ eruuntur. *Quid de Pſyllis proditum Africæ populo?* Eos Zéphyro bellum indixiſſe, quòd fontes exaruiſſent, ſed fábulo óbrutos periîſſe.

II.

II.

Quis docuit putare vites? Asinus, qui pálmites demórderat, quo facto sarmentum plures gemmas protrusit, & uberius factum est; hinc statua ei Naupliæ erecta. *Quì vinum exprimitur*? Maturi racémi aut calcantur in cupa, aut tunduntur túdite ligneo (tude lignea); inde deferuntur in torculare, ubi succus prelo extorquetur, ex quo dulce mustum fit, quod paláto gratum est: mustum cónditur in cella (apotheca), defunditur in dolia, in quibus æstuat, & fæces ebullit. *Quomodo propagatur vitis*? Per propágines, quæ defodiuntur in scrobe. *Quomodo colitur vinea*? Pástino pastinatur. *Cur vites alligandæ sunt palis*? Ne labantur in terram. *Cur Lycurgus rex Thraciæ excidit omnes vites*? Ne imperio suo subjecti se ingurgitarent teméto. *Quid Plautus dixit de vino*? Vinum luctator dolosus est, pedes captat primùm. *Adeóne vites excidendæ*? Minimè; nam propter abusum non tollendus est usus.

III.

Quid Imperator Geta solebat quærere ex Grammaticis? Solitus est eos examinare, quomodo animalia querantur; verbi causâ quæsivit: *Quì asinus queratur & clamet*? Rudit. *Quì leo*? Rugit. *Quì vulpes*? Gannit. *Quì turtur*? Gemit. *Quì porcus*? Grunnit. *Quì serpens*? Sibilat. *Quì aquila*? Clangit. *Quì gallina*? Glócitat. *Quì úlula*? Ululat. *Quì rana*? Coaxat.

IV.

Quid in canibus observamus? Quòd non solùm ringant (ringantur), & állatrent extraneos, sed etiam facilè rabiant. *Cur vitandi sunt canes rábidi*? Quia etiam homines & alia animalia aguntur in rabiem morsu canis rabiosi. *Quod creditur efficax remedium esse*? Læsi obiter aduruntur cornu, quòd à S. Huberto nomen trahit. In salo etiam tinguntur, qui morsi sunt; item si sumatur scarabæus in melle suffocatus, vel è scarificato vulnere sanguis cucurbítulis educitur. *Quo morbo senes canes corripi solent*? Scabie. *Cur scabies est difficilis celatu*? Quia plerumque scábere solent, dum cutis prurit.

V.

Quid est præstantissimum omnium terræ bonorum? Sanitas. *Quid Juvenalis præcipit*? Orandum est, ut sit mens sana in corpore sa-

no; ut corpus, oculi & reliqua membra végeta ſint, æquè ac mens vegeta, ut nos vegetos præbeamus ad negotia; nam noſtra omnium intereſt rectè valere. *Quo verbo finiebant priſci epiſtolas?* Vale. *Quomodo tueri poſſumus valetudinem?* Sobrietate & motione, ſive exercitatione corporis.

VI.

Quo pacto Gymnoſophiſtæ ſe exercuerunt? Alii eodem ſtatu corporis toto die ſteterunt, alii ſteterunt cernui, alii proni, alii ſupíni jacuerunt, alii ſederunt totos dies (diebus) in ſcopulis immoti. *Quid de Sócrate próditum?* Illum iisdem veſtigiis, eodem obtútu ſtetiſſe per ſpatium viginti quatuor horarum, etſi corpus fuſcaretur ſole. *Quo conſilio?* Ut conſueſceret æquo animo ferre, quidquid ſors ferret. *Quod eſt maximum ſolatium in adverſis?* Vacare culpâ.

VII.

Quo veteres elicuerunt ſcintillas ex chálybe? Ope ſilĭcis, ſive pyrítæ. *Quis ignem ſuffuratus eſt è cœlo?* Prométheus admotâ férulâ ad ſolem. *Quomodo Jupiter ultus eſt hanc temeritatem?* Miſit Pandóram cum pixide, quæ plena erat malorum (malis). *Quis aperuit?* Uxor Epiméthei, pro curioſitate ſexûs ſui. *Quid inde prodvénit?* Omnia mala effuſa ſunt in orbem; ſola ſpes reſedit in imo fundo. *Quomodo Prométheus punitus?* Alligatus in Caúcaſo, ut aquila jecur renaſcens perpetuò exĕdat.

VIII.

Cui ſimillima eſt noſtra vita? Scenæ, in qua alii alias partes agunt, & ſinguli labores ſuſtinent; alii reges agunt, ſedent in ſolio (throno), quod ſplendet auro & púrpurâ, ac ſubjectos regunt: alii ſunt ſtrenui milites ac duces, ſtrages edunt inter hoſtes, ſedant tumultus ac ſeditiones: alii judices agunt, inſontes abſolvunt, ſontes autem afficiunt ſuppliciis, leges promulgant: alii ſunt ſatéllites & ſtipatores, qui ſtipant principes: alii agunt ſartores, & ſarciunt veſtes: alii ſutores, & conſuunt ſoleas: alii vietores, qui vient dolia: alii villici, & villas colunt: alii ſculptores, qui ſculpunt ære, mármore: alii ſpeculatores, & ex ſpecula ſpeculantur hoſtem: alii autem ſunt ſanniones, qui ſannis riſum movent: alii ſcurræ ſunt, & ſcurrantur: alii paraſíti ſunt, & aſſentantur. *Qui laudè digniſſimi?* Qui perſonam tuiti ſunt, quæ impoſita erat; ſin minùs, explodendi ſunt.

IX.

IX.

Quando vestiebantur Romani togâ? Tempore pacis, sicut sago empore belli. *Qualem vestem gestabant sub toga?* Viri túnicam sine mánicis; mulieres autem indutæ erant túnicâ manicatâ, quæ ad talos defluxit, & matronæ stolâ & pallâ, sed plebejæ togâ. *Quod vestimentum áttigit cutem?* Indusium. *Qua veste Imperator discernebatur?* Paludamento (chlámyde), quod colligabatur fibŭlâ in dextra axilla. *Domestica vestis qualis erat?* Vilior. *In luctu quam vestem sumserunt?* Pullam, uti nos atram; contra in Japan niger color signum lætitiæ, & candidus tristitiæ. *Quid observas de vestitu fimbriatæ vestis puerorum?* Eos solitos esse sumere virilem togam, cùm inciperent pubescere, scilicet circa (circum) decimum sextum, aut septimum annum. *In profectionibus quas gestabant?* Lacernam pinguem. *Prætexta autem qualis fuit?* Erat laxa vestis, circumquaque limbus erat prætextus purpurâ. *Quo vestitu distincti senatores?* Lato clavo, uti equites angusto clavo. *Trabea quorum gestamen?* magnatum.

X.

Quo pacto Ulysses ultus est vastum & trucem Polyphémum? Cùm sopítus esset, adusto stipite terebravit oculum, qui sub torva fronte erat. *Qualis erat Manlius?* Strenuus consul. *Cur torquatus dictus est?* Quia torquem aureum detraxit duci Gallorum, quem trucidavit singulari certamine. *Quales erant Galli?* Gens terribilis corporis viribus, quæ ab ultimis oris terræ intravit trans Alpes, & per Italiam vagata est, atque omnia vastavit. *Quanti Brennus vendidit recessum ab urbe Româ (Romæ)?* Mille pondo auri. *Quid fecit, cùm in trútina (statéra) penderetur?* Addidit gladium suum. *Cur Decius notatu dignus?* Quia se devóvit pro exercitu velato capite, & in densissima tela hostium se ingessit. *Cur se devovit?* Quia ejus ala (cornu, inclinata erat. *Quo successu?* Victoria reportata est, & Latini fugati.

CAPUT III.

FORMULAE URBANITATIS GERMANICO-LATINAE.

I.

Salutandi, valedicendi, &c.

§ I. Besuchungs- oder Visit-Complimenten haben statt, wann man einer vornehmen Person, guten Freund, ꝛc. öffters aufwartet, und dadurch sein Angedenken, Freundschafft ꝛc. zu erhalten, wie auch sich in der etwan bereits genossenen Gunst desto vester zu setzen suchet. Da man sich dann 1) auf die bereits erhaltene Erlaubnuß zu seiner Entschuldigung berufet, und 2) seine Bereitwilligkeit von der vornehmen Person Befehl anzunehmen bezeuget, oder sein Verlangen, des guten Freund Wohlstand zu erkennen, an Tag leget.

§. II. Abschieds-Complimenten seynd von verschiedener Art. Dann 1) gehören dahin nicht nur die Complimenten, welche man zu machen hat, so offt man bey einer vornehmen Person, Freund ꝛc. seine Aufwartung gemacht hat, und wieder weg gehen will; sondern 2) auch diejenige Abschieds-Complimenten, welche bey einer Person gemacht werden, wann selbe verreisen will; oder 3) der, welcher das Compliment macht, selbst eine Reis vor hat.

a) Im ersten Fall bezeugt man, 1) daß man nicht länger beschwerlich fallen wolle; 2) bedankt man sich für die gnädige Audienz, und 3) empfehlt man sich ferner in Gnad und Wohlgewogenheit.

b) Im

b) Im anderen Fall wünschet man 1) eine glückliche Reis, erwünschte Verrichtung, und eine erfreuliche Rückkunft; 2) erkundiget man sich, ob man nicht in der Abwesenheit des Patronen, Freunds, ꝛc. einige Befehl ausrichten könne; 3) empfehlt man sich dessen Gnad, Freundschafft, ꝛc.

c) Im dritten Fall zeigt man 1) seine vorhabende Reis samt deren Ursach an; 2) fragt man, ob der Patron, Freund, ꝛc. nichts zu befehlen habe, so man unterwegs ausrichten könne; 3) wünschet man ihm beharrliches Wohlseyn, und 4) empfehlt man sich dessen Gnad, Freundschafft, ꝛc.

§. III. Die Beantwortung solcher Complimenten ist gleichfalls von unterschiedlicher Art, und um so viel leichter, weil einem dieselbe von dem andern, dem man zu antworten hat, gleichsam in Mund gelegt wird. Auf ein Visit-Compliment wird eine Person nach Maaß des Stands und Ansehen insgemein antworten, 1) daß ihr die Besuchung lieb, 2) sie bereit seye angenehme Diensten zu leisten.

§. IV. Beym Abschied, und zwar bey obangeführtem

a) Ersten Fall, pflegen vornehme Leut bisweilen 1) für den Besuch sich zu bedanken, 2) den Clienten ihrer Gewogenheit zu versicheren, und 3) zu erlauben, bald wieder zu kommen. Die geringere Personen mäsigen solche Redens-Arten nach ihrem Stand.

b) Im anderen Fall bedanken sie sich 1) für den wohlmeinenden Wunsch, und 2) wünschen sie dem andern gleichfalls Vergnügen.

c) Im dritten Fall 1) wünschen sie eine glückliche Reis und gute Verrichtung; 2) danken sie für angebottene Dienst, und 3) wünschen sie eine glückliche Rückkunft, mit beygefügter Versicherung von ihrer Gewogenheit, oder wann die antwortende Person geringer ist, mit Empfehlung zur ferneren Gewogenheit, ꝛc.

Digneris, Gratioſe Domine, veniam libertati huic meæ indulgere; ſiquidem è gratioſo annútu dato, & favoris liberali fiducia hoc mihi ſumpſi, ut me ad demiſſiſſima obſequia paratiſſimum coram ſiſterem, ac Gratiæ porrò ſumma cum reverentia commendarem.

(Vocabulum *gratioſus* hoc ſenſu minùs bene Latinum moribus hodiernis tribue, utì & alia quæpiam hujus generis.)

Quando ita jubes, Pater dilectiſſime, ingrediar rurſus iter Moguntiam ſtudiis operam daturus: veneror demiſſiſſimè paternas manus, méque abſentem benevolentiâ porrò ac curis tuis ut foveas, rogo. Deus, ut te ſoſpitem deinceps ac felicem diu mihi ſervet, precibus meis ſemper contendam, ſtudiísque meis eò enitar, quò pretium aliquod ac ſolatium ſollicitudini tuæ ac impenſis feram. Commendo me ceu filium obſequioſiſſimum paterno amori, & prolixæ voluntati. Iterum, atque iterum vale.

Euer Gnaden belieben dieſe meine Freyheit nicht in Ungnad zu vermerken: maſen auf Dero hohen Gunſt-Bezeugung unterſtehe ich mich, Euer Gnaden meine wenige Perſon zu Dero Befehl gehorſamſt vorzuſtellen, und zu Dero beharrlichen gnädigen Gewogenheit unterthänigſt zu empfehlen.

Vielgeliebteſter Herr Vatter! weil ich nach Dero Verordnung mich nun wiederum zu meinen unterbrochenen Schul-Ubungen nacher Maynz begeben ſoll, ſo komme ich gehorſamſt dem vätterlichen Befehl nach: ich küſſe mit kindlicher Ehrerbietigkeit Dero Hand, und bitte, der Herr Vatter wolle mich in Abweſenheit mit Dero Lieb und Sorgfalt ferners erhalten. Ich werde nicht unterlaſſen GOtt zu bitten, daß er den Herrn Vatter in beſtändiger Geſundheit erhalte, auch mich beſtreben, durch mein Studiren für Dero viele Sorg und Unköſten dem Herrn Vatter ein Vergnügen dagegen zu verſchaffen.

Empfehle mich als einen gehorſamen Sohn in die vätterliche Lieb und Wohlgewogenheit.

Quandóquidem Viennam iter inſtituere cogito, officio meo de-

Da ich im Begriff bin, nach Wien zu reiſen, habe ich vorher

eſſe

esse nolui, quin ante demississima veneratione te salutarem, & obsequia mea tibi deferrem, intellecturus, num quid esset, quod aut Viennæ, aut iis in locis, qer quæ iter faciendum mihi est, præstare tibi possem. Gratiam & humanitati in me tuæ, & beneficiorum argumentis plurimis habeo longè maximam. Quando per te licet, discedo, atque ut salvum te & incolumem videndi rursus copia mihi redŭci obtingat, precor. Vale, & me favore tuo ac benevolentiâ semper tuére.

Gratiam habeo tibi, quòd me præsentiâ, ac voti tui humanitate ornâris, promptámque tuam gratificandi voluntatem mihi obtuleris. Sanè nunc nihil est, quod sive Viennæ, sive aliis in locis efficiendum per te sciam. Ubi verò negotii quid occurret, utar liberali voluntate tua ac studio. I ergo felix, & Deus cursum negotiorum tuorum secundum, reditúmque tuum prósperum præstare velit. Me porrò diligas, atque meî memoriam sustentes, rogo, & planè tuum me esse tibi persuadeas. Vale.

Opto tibi salutem, diem fortunatissimum, auspicatum; felicem vésperam, & omnia prospera. Precor tibi felicem hunc diem. Sóspitet te Deus, & felicem tibi hunc diem velit. Feliciter tibi procedat hæc lux.

mit meiner schuldigen Aufwartung Abschied bey ihnen nehmen, und mich erkundigen wollen, ob ich ihnen zu Wien, oder an den Orten, durch welche ich reisen muß, in etwas dienen kan. Ich danke höflichst vor die viele Ehr-Bezeugungen, und wünsche von Herzen, daß ich sie bey meiner Wiederkunft in erwünschtem Wohlstand antreffen möge. Uebrigens empfehle ich mich gehorsamst zu ihrer Gewogenheit.

Ich danke vor die Mühe, so sie sich meinetwegen gegeben; ingleichen vor die darunter bezeigte Gewogenheit, vor den wohlmeinenden Wunsch, und das geneigte Anerbieten. Es fallt mir zwar jetzo nichts ein, so ich zu Wien oder an anderen Orten zu bestellen hätte: sollte mir aber etwas vorkommen, so werde ich mich ihrer Gütigkeit zu bedienen unterstehen. Ich wünsche ihnen eine glückliche Reis, gute Verrichtung, und vergnügte baldige Wiederkunft, und empfehle mich zu geneigtem Andenken.

Guten Tag, guten Abend mein Herr.

Et tibi hæc éadem precor. Et ego viciſſim tibi felicem hunc diem cupio.

Ich wünſche ſolchen dem Herrn gleichfalls.

Tuus adventus eſt mihi longè gratiſſimus, gratiásque ago, quòd me præſentiâ tuâ ornare digneris.

Ihre Ankunft iſt mir ſehr angenehm. Ich ſage ſchuldigſten Dank, daß ſie durch ihre Gegenwart mich beehren wollen.

Imò meum eſt gratias agere, quòd mihi honorem tui inviſendi & copiam feceris.

Ich hab mich vielmehr ſchuldigſt zu bedanken, daß ich von ihnen die Ehr und Erlaubnuß habe ſie zu beſuchen.

Habeo tibi magnam gratiam, quòd jucundæ ſocietatis tuæ copiam mihi feciſti. Vale feliciter, & me ſolito tuo amore fac proſequáre.

Ich danke gehorſamſt, daß ich die Ehr gehabt, in ihrer angenehmen Geſellſchafft zu reiſen; wünſche geſund und vergnügt zu leben, und empfehle mich zu geneigtem Andenken.

Et incolumem te, amice integerrime, & præſentem intueri magno me honore ac lætitia cumulat.

Ich ſchätze mirs vor die gröſte Ehr und Freud, ſie geſund zu ſehen.

Te cum omnibus tuis, quàm rectiſſimè valere cupio, cui me totum, ùt debeo, ita dedo, dicóque. Iterúmque & ſæpiùs vale, atque ſalve.

Ich wünſche ihnen und den ihrigen wohl zu leben, und empfehle mich.

Videndi tui mihi copiam rurſus fieri vehementer gaudeo, condiſcipule dilectiſſime, téque ſalvum & incolumem eſſe gratulor. Quodſi ad id usque temporis commoda valetudine uſus es, admodùm lætor.

Es freuet mich von Herzen, meinen liebwertheſten Mitſchüler wiederum zu ſehen, und in beſter Geſundheit zu begrüſen. Wann er ſich die Zeit her wohl befunden, iſt es mir lieb zu vernehmen.

Ne moleſtum quæſo habeas, quòd liberalior ſim in te inviſendo. Pater meus juſſit te ſalvere plurimùm, qui incolumitatem tuam cognoſcere vehementer cupit. Ipſe aliquot abhinc hebdó-

Sie werden mir nicht übel deuten, daß ich mir die Freyheit nehme, ſie wiederum zu beſuchen. Ich habe einen Empfehl von meinem Vatter zu vermelden, welcher ſich um Dero Wohl-

madis

madis cogitat pro ſuo officio te convenire.

Permittas, oro, ut me abhinc rurſus nunc domum conferam. Diuturniori commorationi meæ velim benignè ignoſcas, quâ negotiis forſitan tuis cunctationem feci. Me tuæ benevolentiæ & amori totum tuum demiſsè commendo.

Sanè nihil eſt, quod humanitas tua deprecetur. Voluptati ac honori tuam præſentiam mihi ſemper duco, oróque etiam atque obteſtor, fructum tui alloquii jucundiſſimi ſæpiùs mihi velis tribúere. Exſpecto brevì reditum tuum, méque officioſè commendo.

Salvus ſis: proſperè redieris: proſper ſit nobis adventus tuus: auſpicatò huc te affers.

Pater meus plurimam tibi nunciat ſalutem, ſalvere te humaniſſimè jubet, adveneratur, reveretur te demiſſiſſimè.

Vale plurimùm, & meo nomine eum ſaluta, meis verbis, à me illi ſalutem nuncia, &c.

ſeyn erkundiget. Er wird etwan in etlichen Wochen ſelbſt ſeine Aufwartung machen.

Sie erlauben, daß ich mich wieder nach Hauß verfüge. Nehmen ſie nicht ungütig auf, wann ich durch meinen längeren Aufenthalt ſie etwan in Geſchäfften verhinderet habe. Befehle mich gehorſamſt in Dero beſtändige Wohlgewogenheit.

Sie haben nicht Urſach um Verzeihung zu bitten. Mir geſchiehet jederzeit eine Ehr, ſie bey mir zu ſehen. Bitte mir Dero angenehmſte Gegenwart öffters aus. Wird mir allzeit ein groſes Vergnügen ſeyn, ſie bey mir zu bedienen. Empfehle mich gehorſamſt, und erwarte baldiges Wiederſehen.

Willkomm: ſie kommen eben recht.

Mein Vatter laßt ſie höflichſt grüſen, ſich gehorſambſt ihnen empfehlen.

GOtt behüte ſie geſund, grüſen ſie ihn in meinem Namen.

Vid. pag. 417. in Opere Inſim.

II.

Gratulandi, bene precandi, &c.

§. I. Glückwünſchungs-Complimenten werden bey verſchiedenen erfreulichen Begebenheiten gemacht. Die gewöhnlichſte Fäll, bey welchen man einem zu gratuliren pflegt, ſeynd

a) **Das Neue Jahr** / da man 1) einen kurzen Wunsch thut; 2) für die etwa in dem abgelegten Jahr genossene Gnad und Wohlgewogenheit danket; 3) sich dazu auf das neue empfehlt.

b) **Ein Geburts- und Namens-Tag** / wobey man die Gratulation mit einem Wunsch verbindet, daß GOtt die Person solchen Tag noch öffters zu ihrem und anderer Vergnügen möge erleben lassen.

c) **Eine erhaltene Beförderung** / wobey man 1) gratuliret; 2) wünschet, daß die Person die erlangte Ehr oder Würde nicht nur zum allgemeinen Vergnügen unter dem Genuß vollkommner Gesundheit bekleiden, sondern (wo möglich) solche eine Stuffe zu einer noch gröseren Ehr oder Beförderung seyn möge; 3) sich auch hiebey deren Gewogenheit empfehlet.

d) **Eine glückliche Wiederkunft** von der Reis, da man 1) seine Freud bezeuget, daß die Reis wohl vollendet; 2) wünschet, daß selbe vieles Vergnügen nach sich ziehen möge; 3) sich von neuem des Patronen Wohlgewogenheit empfehlt.

§. II. Auf Gratulations- oder Glückwünschungs-Complimenten, und zwar insonderheit

a) Zum neuen Jahr danket man 1) für den Wunsch, gegen welchen ein anderer gethan wird, der sich zu des andern Umständen schicket, und 2) wird eine Gnaden- oder Dienstwilligkeit-Versicherung angehänget.

b) Bey Namens-Geburts-Täg, oder erhaltener Beförderung kan die Antwort eben also eingerichtet werden.

c) Bey der wiederkunft von einer Reis 1) danket man dem andern für dessen Gratulation; 2) bezeuget man, wie man es gern hören würde, wann der andere bisher auch wohl und vergnügt gelebt; 3) giebt man Versicherung von der ferneren Gunst.

Ineunte anno hoc requirit officii mei demississimi ratio, ut vota mea ardentissima summâ cum veneratione ac studiosissimo affectu tibi, Domine colendissime, deferam. Gratulor tibi anni hujus finem, & novi auspicium longè felicissimum: atque ut hunc annum vertentem, & deinceps quàm plurimos Deus optimus maximus prosperè & ex animi tui sententia abire jubeat, precor: Neque deero unquam, assiduis ut meis precibus id efflagitem. Oro, quæsóque, ut & hoc anno benevolentiam ac favorem tuum impertire mihi digneris, pro quo summè me tibi obstrictum, atque ad obsequia promptissimum semper habebis.

Meine unterthänigste Schuldigkeit, mit welcher ich dem hochgeehrtesten Herrn verbunden bin, erforderet von mir, bey Ausgang des alten, und bey Antritt dieses neuen Jahrs meine gehorsambste Glückwünschung abzustatten, mit beygefügtem Wunsch, daß GOtt der Allmächtige ihnen nicht nur dieses angehende glücklich zu enden, sondern noch viele folgende mit ersprießlichem Wohlseyn und Vergnügen zu erreichen vergönnen wolle. Es wird jederzeit meine Pflicht verlangen, dieses von dem Allerhöchsten zu erbitten. Sie belieben mir auch in diesem Jahr ihre hohe Wohlgewogenheit genießen zu lassen; wofür ich imgleichen meinen Dienst und schuldigen Gehorsam zu erzeigen mich jederzeit bemühen werde.

De faustissimo, qui hodie nomini tuo sacer ac solennis agitur, die, Pater colendissime, demississima cum reverentia tibi & gratulor, & affectu ardentissimo precor, ut tum hic quàm cumulatè fortunatus tibi à Deo sit, tum diu feliciter salvo atque incolumi redeat. Magnopere à te quæso, ut paterno amore & solicitudine tuâ fovere me ac sustentare deinceps velis. Et ipse tibi spondeo, me eâ, quâ decet, obsequendi promptissimâ voluntate filium maximè tuî observantem semper futurum.

Bey heutig glückseeliger Erscheinung Dero Namens-Geburts-Tag gratulire dem hochgeehrtesten Herrn Vatter aus kindlich-gehorsamster Schuldigkeit, und wünsche von ergebenstem Herzen, GOtt wolle sie denselben in höchstem Vergnügen begehen, und solchen noch viele Jahr in vollständiger Gesundheit erleben lassen. Bitte mir demüthigst aus Dero beständige Fortsetzung der bisherig vätterlichen Lieb und Vorsorg: wogegen ich mit meinem kindlichen Gehorsam Lebens lang fortzufahren mich eusserst befleissen werde.

Gratias habeo tibi longè maximas. Frater dilectissime, quòd ad Christi Natalitia cumulatam mihi felicitatem, eâ, quâ es, humanitate precaris. Et tibi & mihi communia vota recèns natus Servator evenire clementissimè velit, ac cœlesti suo præsidio incolumes nos tueri.

Sub solennis hujus jejunii exitum festa Christi resurgentis & lætissima & longè felicissima pro mea in te observantia tibi precor, Pater summè amande; eóque, quo filium in te pium decet, affectu opto, ut tibi benignum Numen eandem, quâ hactenus usus es, incolumitatem faustissimam tum in hac paschæ solennitate, tum reliquo vitæ cursu clementer indulgeat.

Gratulor tibi felicem reditum, Domine plurimùm observande, & si incolumitas te absentem, & itineris ac negotii tui rationem fortuna prosecuta fuit, sanè quàm gaudeo. Confirmatum te porrò, atque incolumem esse cupio, totúmque me constanti tuo amori ac benevolentiæ demissè commendo.

Quòd mihi de reditu bene cupienti animo gratularis, eximie Domine, agnosco humanitatem tuam, gratésque tibi ago plurimas. Et quando valetudine prosperâ vicissim usus es, admodùm lætor. Deus te sospi-

Ich sage verbundensten Dank für die mir erzeigte Höflichkeit, mit welcher dem Herrn Bruder beliebt, mir so viel Ersprießliches für gegenwärtige heilige Weyhnachts-Zeit anzuwünschen. Es wolle der neugebohrne Heyland seinen mir abgelegten Wunsch in ihm gleichfals erfüllen, und uns beyde unter seinem Schutz noch länger erhalten.

Bey zu End gehender Fastenzeit habe meiner Schuldigkeit gemäß dem Herrn Vatter zu diesen glücklich erlebten Oster-Feyertägen glückwünschen wollen, mit kindlichem Verlangen, daß der Allmächtige, gleichwie er dieselbe währender Fasten bey vollkommner Gesundheit erhalten, also auch nicht nur allein gegenwärtige Feyertäg, sondern forthin durch lange Jahr alles Vergnügen ihnen vergönnen wolle.

Ich wünsche dem hochgeehrtesten Herrn Glück zu Dero Wiederkunft, und bin von Herzen erfreuet, wann sie die Zeit ihres Wegseyns gesund gelebt, und gute Verrichtung gehabt haben. Wünsche ihnen ferneres vergnügtes Wohlergehen, und empfehle mich zu beharrlicher Wohlgewogenheit.

Ich bin dem Herrn vor den geneigten Glückwunsch sehr verbunden, und erfreue mich gleichfalls, wann sie bishero gesund und vergnügt gelebt haben. GOtt erhalte sie ferners in bestem Wohlseyn. Sollte ich mei-

tem

tem deinceps, ac felicem esse velit. Ita cupio existimes, tibi nihil tam promptum aut paratum, quàm in omnibus rebus, quæ ad te pertinent, & quibus significare plurimùm potero, operam, curam, ac diligentiam meam. Tua propensa & perpetua in me quoque porrò sit benevolentia, impensè rogo.

nes Orts mit etwas angenehmes dienen können, so will ich mich jederzeit dazu fertig finden lassen. Empfehle mich zu Dero beständiger Gewogenheit.

Gratulor tibi, quòd è Gallia salvum te ad tuos recepisti.

Ich wünsche ihnen Glück, daß sie wieder gesund aus Frankreich nacher Hauß kommen.

Gratulor, quòd te de Academia decedentem summa laus & summa gratia Academiæ prosecuta est.

Ich gratulire dem Herrn, daß man ihnen nach ihrem Abzug von der Universität alles Rühmlich und Gutes nachsage.

Emisse te prædium vehementer gaudeo, felicitérque tibi rem istam evenire cupio.

Ich wünsche ihnen Glück zu dem gekauften Gut. Gott gebe ihnen seinen Seegen dazu.

Gratulatio tua est mihi probatissima, quæ ab optimo fit animo.

Ich lasse mir ihren höflichen Glückwunsch bestens gefallen; dieweil ich weiß, daß sie es von Herzen meinen.

Tibi, ùt debeo, gratulor cùm de præsenti, tum etiam sperata tua dignitate.

Ich wünsche ihnen Glück, so wohl zu der erhaltenen Ehren-Stell, als auch zu der, die sie mit der Zeit bekommen möchten.

Hujus anni initium, & totum reliquum tempus cupio tibi fortunari à Deo. Anni hujus auspicia longè felicissima, donísque è cœlo omnibus cumulata tibi precor.

Ich wünsche dem Herrn einen glücklichen Eingang des neuen Jahrs.

Gaudeo aliquando eum honorem tibi delatum esse, quo tu te semper digniſſimum præstitisti. Gratulor & mihi ipsi, te amplissimis honoribus esse auctum, cujus omnes fortunas semper meas esse duxi.

Es freuet mich von Herzen, daß sie nach ihren Verdiensten zu solcher Ehren-Stell gelanget; und gratulire mir selbst hierüber, der ich an allem ihrem Wohlstand und Ehr grosen Antheil nehme.

Itineris tui instituti ratio, precor, ut tibi vertat bene. Me totum, quantus sum, ad tuum obsequium offero. Deus benignè te deducat. Vale.

Ich wünsche, daß ihnen diese vorhabende Reis glücklich möge von Statten gehen. Empfehle mich gehorsamst zu Dero Diensten. Leben sie wohl. GOtt seye ihr Geleits-Mann.

Equidem ex animo gaudeo, tibíque vehementer gratulor reditum istum incolumem, valetudinem tuam feliciter restauratam.

Ich gratulire ihnen zur glücklichen Wiederkunft, wieder erhaltener Gesundheit.

Venæ sectionem hanc tibi bene cupio, atque ut incolumitati tuæ feliciter cedat, opto.

Ich gratulire ihnen zu glücklicher Aderlaß.

III.

Gratias agendi, offerendi, promittendi, &c.

§. I. Danksagungs-Complimenten seynd nöthig, wann man von einem andern etwas Gutes genossen, und empfangen hat: da man

1) Die empfangene Wohlthaten anzeigt; 2) danket, und viel Gutes dagegen anwünschet; 3) sich zur ferneren Gnad und Wohlgewogenheit empfehlt.

§. II. Auf ein Danksagungs-Compliment pflegt man

1) Das, wofür der andere dankt, zu vergeringeren, und zu bezeugen, daß es dergleichen Dank nicht verdiene; 2) wünschet man, daß solches dem anderen vielen Nutzen bringen möge; 3) macht man Hoffnung zu mehrerem.

§. III. Beschenkungs-Complimenten werden gemacht, wann man jemand eine Verehrung giebt, da man insgemein

1) Eine Ursach anzeigt, warum man dergleichen thue; 2) das Geschenk selbst benahmet; 3) bittet mit für lieb zu nehmen; 4) sich zu ferneren Gnaden oder Gewogenheit empfehlet.

§. IV.

§. IV. Auf Beschenkungs-Complimenten folgt statt der Antwort eine Danksagung für das Geschenk, über welches man zugleich sein Vergnügen zu erkennen giebt; 2) versicheret man, wie man es bey anderer Gelegenheit möglichst abverdienen wolle.

Quæ mea demississimæ in te obsevantiæ ratio est, Reverende Pater NN. ea à me postulat, ut exeunte anno hoc literario grates agam tibi longè maximas, quòd hactenus in vitæ meæ ac studiorum cursu plurimum adjumenti officio tuo, curâ ac solicitudine mihi attulisti. Precibus certè meis enitar, ut, quoniam tantæ tuæ benevolentiæ non videor mihi respondere posse. Deus meritis in me tuis fausta quævis ac prospera cumulatè addat. Id denuo rogo atque obsecro, ut me totum clientem tuum præsidio tuo deinceps suscipias ac tucâre.

Facit diuturna studiorum ac vitæ nostræ consuetudo, Condiscipule dilectissime, ut animum mémorem & gratum tibi aliquatenus præstem. Oro ac obtestor, ut munus leve hoc amicè accipias, cujus non tam pretium, quàm dantis affectum velim consideres.

Gratiam referendi facultas mihi cùm nulla sit, animum mémorem & gratum polliceor, precórque, ut Deus cumulatè rependat tibi optimè de me meri-

Ich habe bey dem Schluß dieses Schul-Jahrs Euer Ehrwürden nach meiner aufhabender schuldigster Pflicht meine Aufwartung machen, und mich gehorsamst bedanken wollen für die viele erzeigte Wohlthaten. Gott wolle Euer Ehrwürden dafür alles ersprießliche Vergnügen geben, welches ich mit meinem unwürdigen Gebett zu erbitten niemals unterlassen werde. Bitte demüthigst, mich ferners in Dero Schutz und Gewogenheit zu erhalten.

Werthester Mitschüler! die bisher unterhaltene angenehme Gesellschafft in unserem Studiren verbindet mich, daß ich meine Schuldigkeit einiger masen abstatte. Bitte mit der geringen Schankung vor lieb zu nehmen, und vielmehr das wohlmeinende Gemüth, aus welchem es herstammet, als dessen Werth anzusehen.

Indem ich meiner Geringfähigkeit halber nicht im Stand bin, meine Dankbarkeit mit etwas zu bezeigen, so werde stetshin in schuldigster Erinnerung

to,

to, quod mihi ob fortunarum tenuitatem non licet.

Accipio munus tuum, re quidem magnificum, sed te auctore longè mihi tum pretiosissimum, tum jucundissimum. Quod referam vel isto munere, vel potiùs tuo isto in me animo dignum, nihil habeo, nisi me ipsum, quem si alicujus esse pretii putas, totum peculio tuo adscribito, méque ad nutum tuum prompto atque obsequioso útere.

Ago, habeo tibi gratias singulares, mirificas, incredibiles, immortales. Facere non possum, quin in singulas res meritáque tua tibi gratias agam.

Mihi ad remunerandum nihil suppetit, præter voluntatem.

Universum studium meum & benevolentiam ad te defero. A me tibi tuísque omnia paratissima esse confidas velim. Polliceor tibi studium meum & operam, sine ulla exceptione aut laboris aut occupationis, aut temporis. Me tuorum consiliorum adjutorem, omnibúsque in rebus tibi amicissimum fidelissimúmque cognosces. Omnia volo à me postules, & exspectes: vincam meis officiis cogitationes tuas.

meinen dankbaren Willen, und dienstbeflissene Ergebenheit zu leisten nicht unterlassen: und bitte inständigst Gott wolle dem Herrn häufig erstatten nach Deroselben grosen Verdiensten, was ich nach meiner Schuldigkeit jetzo nicht vermag zu thun.

Ich nehme mit schuldigstem Dank diese kostbare Schankung an, so mir von einem solchen vornehmen Freund nicht anderst dann angenehm und werth seyn kan. Ich weiß für so grose Neigung nichts hinlängliches zu erstatten; erbiethe mich dahero ganz und gar eigen mit dienstwilligster Ergebenheit zu Dero Diensten.

Ich sage schuldigsten Dank.

Ich kan dagegen nichts anderst erzeigen, als meinen guten Willen.

Sie werden mich in jeden Gelegenheiten zu allen Diensten bereitwillig finden.

Siquis

Siquis mihi erit aditus de tuis fortunis agendi, agam per me ipse & moliar. Illud tibi de me perſuadeas velim, me omnia, quæ ad tuum commodum augendum pertinebunt, ſummo ſemper ſtudio ſuſcepturum defenſurum.

So ich Gelegenheit habe, ihre Sachen zu befördern, will ich mich darum dienſtwillig bemühen.

IV.

Petendi, invitandi, &c.

§. I Bitt-Complimenten werden gemacht, wann man einen um etwas anſpricht, daß er uns zu Gefallen thun, erlauben, oder zukommen laſſen ſoll: da man 1) anzeigt, was man gern hätte; 2) darum bittet; 3) Verſicherung von ſeiner dankbaren Erkenntlichkeit giebt.

§. II. Bey einem Bitt-Compliment kan die Antwort auf dreyerley Weiß eingerichtet werden, nach dem die Sach, warum der andere bittet, beſchaffen iſt. Dann entweder können und wollen wir deſſen Bitt erhören; oder wir wollen zwar gern, können aber nicht; oder aber, wir könnten zwar, thun es aber nicht gern.

a) Im erſten Fall dankt man insgemein 1) für das von dem andern bezeugte Vertrauen; 2) bezeiget man, daß, und wie man die Bitt erfüllen wolle; 3) füget man bisweilen mit bey, wie man auch zu mehrerem, als der andere gebetten, bereit ſeye.

b) Im anderen Fall 1) dankt man auch für das gute Vertrauen; 2) zeigt man an, wie man zwar gern helfen wollte, aber nicht das Vermögen habe: wobey man zugleich die Urſach des Unvermögens anzeigen kan; 3) giebt man öfters Vorſchläg, wo der andere ſich etwan ſonſt ſeines Anliegens halben hinwenden könne; 4) verſichert man ſeine Dienſten in anderen Fällen bereit zu halten.

c) Im

c) Im dritten Fall pflegt man die Antwort eben also, wie in dem andern Fall einzurichten, doch mit dem Unterschied, daß man einige Ursachen anführe. Doch sollen auch diese also beschaffen seyn, daß man nicht zu platt erkläre, man wolle nicht.

§. III. Einladungs-Complimenten werden gemacht, wann man einen zu einer Mahlzeit, Leich-Begängnuß, u. d. g. einladet, da man

1) Insgemein die Sach, wozu man den andern einladen will, anzeiget; 2) bittet, daß er dabey erscheinen möge; 3) versichert, wie man dasselbe mit schuldigem Dank erkennen wolle.

§. IV. Weil die Einladungs-Complimenten den Bitt-Complimenten gewisser masen ähnlich seynd, indem man in denselben um die persönliche Gegenwart eines Patronen oder guten Freund, ꝛc. anhaltet; so pfleget die Antwort fast eben also, wie bey Bitt-Complimenten eingerichtet zu werden. Dann entweder kan und will einer erscheinen; oder er will zwar, kan aber nicht; oder er könnte zwar, hat aber keinen Lust dazu.

In allen dreyen Fällen dankt man 1) für die höfliche Einladung; 2) zeigt man an, ob man kommen wolle oder nicht. Will man nun kommen, so bezeigt man dabey, wie man sich eine Ehr davon machen werde, es aber bedaure, wann es zu des andern Unbequemlichkeit seyn solte; will oder kan man nicht kommen, so zeigt man dessen Ursach an, mit dem Bezeigen, daß man die Ehr nichts desto weniger für empfangen annehmen, und solche auf andere Weis erkennen wolle.

Quando pro meo rursus officio ad optimarum literarum studia rectè instituenda compareo, non committam ante, quin te Reverende Pater NN. & meo,

Demnach mich nun meiner Schuldigkeit gemäß wiederum für das zukommende Jahr zum Studiren eingefunden, als habe vor dessen Anfang meine

&

& Parentum nomine demississima salutatione reverear, juxta & rogem, ut in clientum numero habere me denuo, atque in disciplinam & moderationem tuam receptum, commendatúmque velis. Cui beneficio moratum semper, & tuî observantissimum animum, atque exactum quibusvis scholæ præceptis obsequendi studium de me polliceor.

Cùm exercitio literario palam à me subeundo dies crastinus dictus est, Te, Domine cognate plurimùm colende, demississimè rogo, ut meo honori non gravatè servias, & solemnitatem illam præsentiâ tuâ ornes. Ego beneficii tui haud immemor studiosissimum ad nutus quoscunque tuos obsequendi vicissim animum præstabo.

Maximo cumulabis me honore, ac gratissimum mihi facies, quodsi præsentiæ tuæ copiam tenui huic meo convivio concedere velis. Rogo te magnopere, ut te difficilem non præbeas, & convivium hoc boni consulas.

Gratiam habeo quàm officiosè humanitati tuæ in me singulari, quòd me ad convivium liberaliter invitatum velis. Quando ita desideras, sumam pace tua id mihi honoris, & me convivam promptum tibi præstabo.

Hoc à te peto, & summè contendo pro nostra summa conjun-

Pflicht zu beobachten, Euer Ehrwürden meine Aufwartung machen, und aufs höflichste so wohl in meinem, als meiner Eltern Namen begrüsen, wollen, mit Bitt, Euer Ehrwürden belieben mich wiederum in die Zahl der Studirenden auf und anzunehmen, auch in ihrer Gewogenheit zu erhalten; wie ich dann dieses zu verdienen mit fleißigem Studiren, und Beobachtung aller Schul-Satzungen mich jederzeit befleissen werde.

Da morgen eine öffentliche Schul-Ubung von mir soll unternommen werden; als bitte den hochgeehrtesten Herrn Vetter demüthigst, daß sie mir die Ehr von Ihrer hohen Gegenwart dabey vergönnen wollen: wofür ich mich mit dankbarster Ergebenheit zu Dero Befehl gehorsamst jederzeit wiederum erzeigen werde.

Mein Herr! darf ich mir die Ehr ausbitten, daß sie mit meinem geringen Mittag-Mahl vor lieb nehmen; so werde ich mich höchst glücklich schätzen, und davor verbunden seyn.

Ich danke schuldigst vor die höfliche Einladung. Will dahero nach Dero Befehl so frey seyn, und einen Gast abgeben.

Ich bitte Sie gehorsamst, vermög unserer Freundschafft, ihrer

 ction,

ctione, pro tuo perpetuo in me ſtudio rogo & obteſtor, me tibi commendo atque oro, ut me & ſtudia mea clementer tueri velis.

Sine me hoc à te impetrare, hoc in me confer gratiæ, &c.

Faciam ſtudiosè, quæ rogas: quibuscunque rebus potero, tua diligenter tuebor.

Cur tibi hoc non gratificer, neſcio. Habes me ad obſequia & officia omnino tuum.

beſtändigen Gewogenheit gegen mich, nehmen Sie ſich meiner des Studirens wegen an, ꝛc.

Sie haben mit mir zu befehlen, ich werde in allweg zu Dero Dienſten ſeyn.

V.

Excuſandi, ſalutationem, invitationem &c. nuntiandi, &c.

§. I. Bey Entſchuldigungs-Complimenten 1) bringt man die Urſach bey, warum es nicht habe geſchehen können, ꝛc. 2) bittet man, ſolches nicht ungütig aufzunehmen; 3) verſpricht man in anderen Fällen ſich zu des anderen Befehl fertig und bereit zu erzeigen.

§. II. In der Antwort 1) bekennt man, daß man es gern geſehen hätte, wann das Verlangen hätte können geſchehen. 2) Bittet man um Verzeihung wegen der Freyheit im Begehren, 3) und empfehlt ſich in andern Begebenheiten mit bereitwilliger Dienſt-Befliſſenheit zu des anderen Gewogenheit.

§. III. Bey Anmeldung um einen Freund zu beſuchen, oder bey Ablegung eines anderen Gruß, Einladung, ꝛc. richtet man ebenfals nach obangezogener Weis die Redens-Art in des andern Namen ein: 1) vermeldet man einen höflichen Gruß, Empfehl, ꝛc. 2) erklä-

ret

ret man des anderen Verlangen und Bitt, ꝛc. Die Antwort geſchiehet auf gleiche ſchon gemeldte Art.

Tarditati meæ in ſcholis reviſendis dignaberis, Reverende Magiſter, veniam benignè indulgere. Siquidem febris pertinax lecto me diutiùs affixum tenuit. Polliceor me aſſiduitate ac diligentiâ, ſiquid neglectum in literis hactenus fuit, recuperaturum.

Euer Ehrwürden beliebe mir nicht ungütig aufzunehmen, daß ich ſo lange Zeit nicht in die Schul kommen bin, davon mich das Fieber bishero ſehr verhindert hat. Verſpreche mit meinem ſteten Fleiß dasjenige, was ich im Studiren verſaumt, wiederum eifrigſt zu erſetzen.

Pater meus jubet te tuósque, plurimùm colende Domine, ſalvere plurimùm, téque orare demiſſiſſimè, ut, niſi moleſtum tibi ſit, liceat te convenire, & aliquantiſper alloquio tuo frui.

Mein Vatter empfehlt ſich dem hochgeehrteſten Herrn ſamt Dero wertheſten Hauß ganz höflich; bittet zu vernehmen, ob Ihnen gelegen ſeye, daß er auf ein Viertel Stund ſeine Aufwartung machen könne.

Domino Patri tuo à me meísque ſalutem plurimam renunties relim. Præſtò ei domi ero, & profiteor, alloquium ejus mihi quàm gratiſſimum fore.

Bitte, nebſt meinem und meines ganzen Hauſes höflichen Gruß, zu vermelden, daß mir angenehm ſeyn werde, bey mir ſeiner Gegenwart zu genieſen. Werde ſeiner gewiß erwarten.

Te, perquam Gratioſe Domine, pater meus demiſſiſſimè revereri per me jubet, obſecrans gratiam, te coram venerandi, atque veniam indulgere clementer digneris, juxta & horam indicare, quâ liceat obſequentiſſima cum obſervantia præſtò eſſe atque inſervire.

Euer Gnaden befiehlt ſich mein Vatter unterthänigſt, bittend um die gnädige Erlaubnuß nur einige Wort mit Ihro Gnaden zu ſprechen; zugleich zu befehlen, um welche Zeit er ſeine unterthänigſte Aufwartung machen könne.

Dari id ſibi à te, concedíque officioſè poſtulat frater meus, ut liceat incolumitatem tuam ſtatúmque, quo affectus ſis, Domine cognate plurimùm colende, rurſus cognoſcere: Quodſi ita, ùt optat, vales, hoc nuncium

Mein Bruder bittet ihm ſeine Freyheit nicht übel zu deuten, daß er ſich wiederum um des Herrn Vetters Wohlſtand befragen laſſe. Es wird ihn von Herzen erfreuen, wann dieſer alſo iſt, wie er wünſchet.

sibi jucundissimum esse intelliget.

Singularem Domini fratris tui de me curam, ac studium meritis in eundem meis longè majus amicissimè agnosco, gratiásque summas habeo. Eâdem, quâ ego, si & ipse valetudine integrâ fruitur, magnopere lætor, atque ut hæc diuturna eidem sit, etiam atque etiam cupio.

Te, cognate imprimis venerande, parentum meorum humanissima salutatione venerari jussus sum, tibíque donum hoc tenue offerre: orant illi per me, & obtestantur, velis id benignè acceptum habere.

Demississimè te per me reveretur, atque impensè obsecrat pater meus, digneris tantum benevolentiæ ac favoris largiri, ad diem crastinum exiguo ut prandio adsis, præsentiaéque tuæ honorem impertias.

Pater meus precatur, optat tibi saustum hunc diem, prosperam hanc lucem, vesperam hanc quietam, placidam; jussit, ut à te peterem, te orarem, ut secum prandere, cœnare velles. Misit me ad te accersendum; jussit, ut te adducerem.

Fac patri tuo gratias submissè, officiosè agas meo nomine. Gratiam habeo, cùm benignè invitor; sed negotia necessaria probibent me domo abesse, qua re excusari me cupio. *Vel*: Adero tempore dicto, faciam studiosè, quod postulatur.

Es ist sein Herr Bruder allzu sorgfältig für mich; er bezeiget sich mehr gegen mich, als ich um ihn verdiene. Wann er sich, gleichwie ich, in bester Gesundheit befindet, freuets mich von Herzen; wünsche dessen langwierige Fortsetzung.

Es ist mir von meinen Eltern befohlen wordē, bey dem Herrn Vetter ihren höflichsten Empfehl abzustatten, und dieses Geschenk in ihrem Namen zu übergeben; mit Bitt, solches geringe Präsent geneigt anzunehmen.

Mein Vatter lasset sich dem Herrn gehorsamst empfehlen, und höflichst ersuchen, sie mögten doch die Gütigkeit haben, morgen mit seinem geringen Mittagmal vor lieb zu nehmen.

Mein Vatter lasset ihnen einen glückseeligen Morgen, guten Abend wünschen, und bitten, mit dem Mittag- Abendmal vor lieb zu nehmen.

Sage er seinem Herrn Vatter, ich liesse mich schuldigst bedanken; mit Bitt, er wolle mich wegen den nothwendigen Geschäfften für diesmal gütigst entschuldigen. Oder: Ich wolle nach seinem Befehl aufwarten.

VI.

Condolendi, (ùt ajunt) consolandi, &c.

§. I. Condolenz-Complimenten werden bey allerley traurigen Begebenheiten gebraucht: worunter die gewöhnlichste seynd

a) Sterb-Fäll naher Anverwandten; wobey man 1) bezeiget, daß man an der Betrübnuß Theil nehme; 2) wünschet, daß der Traurende dabey Trost genieſen, und Gott ihn ferner vor dergleichen Trauer-Fällen bewahren, hingegen aber ein beſtändiges Wohlseyn möge genieſen laſſen.

b) Zugeſtoſene Krankheiten: wobey man 1) bezeugt, daß man an dem Schmerzen gleichfals Theil nehme; 2) baldige Wiedergeneſung anwünſchet.

§. II. Auf dieſe Leid-Bezeugung danket man 1) für das von dem andern bezeigte Mitleiden; 2) füget man einen Wunſch bey, daß der andere für dieſen und dergleichen traurigen und unglücklichen Zufällen möge verwahret bleiben, und 3) hänget man offt eine dienſtwillige Verſicherung der Gewogenheit mit an.

Magno hoc tuo in mœrore, Domine plurimum colende, te ſalutandum à me eſſe ſummè condoleo, & acerbum fatum iſtud tuum commune mihi puto. Id unum optandum mihi reſtat, ut dolorem hunc Deus optimus maximus in lætitiam brevì, atque felicitatem tuam convertat.

Devincis me rurſus tuâ officioſâ mecum dolendi humanitate, quam mihi ſanè pergratam in luctu hoc acerbiſſimo teſtatam facis. Deus lætiora tibi evenire

Bedaure von Herzen, daß ich den hochgeehrteſten Herrn in einem ſo betrübten Stand begrüſen muß. Ich kan allhier nichts anderſt thun, als wohlmeinend wünſchen, der Allerhöchſte möge ihnen gegenwärtige Betrübnuß anderwärts in eine vollkommene Freud verändern.

Sie verbinden mich aufs neue durch das gutherzige Mitleyden, welches ſie mir in dieſem betrübten Stand zu bezeigen belieben. Ich wünſche ihnen von Herzen,

 jubeat,

jubeat, atque à te tuísque fatum quodvis triſte prohibeat.

daß GOtt der Allmächtige dergleichen traurige Schickſal von ihnen abwenden wolle.

Tribuas veniam, quæſo, quòd te incommodo fortè tuo accedam. Sanè diutius officio meo deeſſe nec poſſum, nec volo. Afflictam valetudinem tuam magnopere & doleo, & toto animo precor, eam tibi Deus brevì confirmatam penitùs, atque integram reddat.

Sie verzeihen, wofern ich etwan zu angelegener Zeit ihnen aufwarte. Ich habe aber meine Schuldigkeit nicht länger ausſetzen können. Es betrübet mich herzlich, daß ich ſie krank in dem Bett ſehen muß, und wünſche, GOtt wolle ihnen bald zu voriger Geſundheit wieder helfen.

Quòd me & præſentiâ tuâ recreare, & votis erigere morbo laborantem digneris, habeo tibi gratiam ſingularem. Faciat divinum Numen, ut tum me gratiâ ſuâ à morbo hoc relevet, tum à te tuísque omnibus quamcunque ærumnam propulſet ac calamitatem.

Ich danke ergebenſt, daß ſie ſo gütig ſeyn, und mich mit ſo wohlmeinendem Wunſch beſuchen wollen. GOtt erfülle alles nach ſeinem Willen; und habe ich auch das Vertrauen, er werde mich nicht verlaſſen. Er wolle ſie auch nebſt allen den Ihrigen immerfort in guter Geſundheit und Vergnügen erhalten.

Extremum iſtud eſt, ut meo in te ſtudio, amoríque noſtro mutuo obſecutus te rogem atque obteſter, animo ut magno & conſtanti ſis. Hoc ſapientiæ tuæ erit, propter magnitudinem & animi & ingenii omnia moderatè ferre.

Ich bitte ſie letztlich, gemäß unſerer Lieb und Freundſchafft, ſie wollen mit ihrer hohen Tugend und Klugheit dieſes ſtarkmüthig übertragen.

Opto tibi, acerbitatem iſtam & morbum non diuturnum tibi Deus velit. Brevì meliora Deus reddat, precor.

Ich wünſche eine baldige Beſſerung.

Tempera dolorem tuum. Erige te & confirma.

Haben ſie Gedult.

Nihil eſt, quòd fratris tui mortem tam impotenter feras, niſi tu quidem partam felicitatem illi invideas, & ab exilio hoc miſe-

Bekümmern ſie ſich nicht alſo hefftig über den Tod ihres Herrn Bruders, welchen ohne Zweifel GOtt von dieſem Elend zu den

ro ad beatiſſimam patriam eum præceſſiſſe, ægrè ac moleſtè feras.

himmliſchen Freuden hat abgerufen.

Expecta patris reditum, & paucorum dierum moleſtiam ſuſtine.

Warten ſie ſo lang, bis ihr Herr Vatter zuruck komme, und gedulten ſich noch etliche Täg.

Ex animo elabitur mihi patiendi conſtantia. Patientia mihi excidit.

Die Gedult will mir zu lang werden.

Recipe animum, & vim paticntiâ ſupera.

Faſſen ſie wieder guten Muth. Mit Gedult werden ſie ſich wieder den Gewalt ſchon helfen.

Nota. Alle dergleichen höfliche Redens-Arten müſſen nach der Land-üblichen Gewohnheit, nach dem Unterſchied der Perſonen und Materien, zu gelegener Zeit, und am rechten Ort auf eine natürliche und ungezwungene Weiß gebraucht werden, ohne daß man ſich an eine gar zu genaue Ordnung binde.

SECTIO IV.
ISAGOGE
AD ARTEM METRICAM.

Notæ. Cum Tirones ſecundani pro ſcholarum conſuetudine ſoleant ad verſificationem inſtrui, neceſſarium omnino videbatur, quibus illa principiis regatur, carptim commemorare.

CAPUT I.
DE PROSODIA.

§. I. PROSODIA iſt ein Theil der Grammatica, welche lehret, den Sylben ihre rechte Quantität und Thon zu geben.

§. II. Eine Sylb iſt, in Anſehung ihrer Quantität, entweder lang, (longa) oder kurz, (brevis) oder lang und kurz zugleich, (anceps, communis, indifferens)

a) Syllaba anceps bleibt kurz, wann ein Vocalis oder Diphthongus darauf folgt; ſie wird lang, wann ein Conſonans folgt.

b) Eine Sylb lang ausſprechen, heiſt im Lateiniſchen *producere*, kurz ausſprechen *corripere*.

c) Das Zeichen einer langen Sylb iſt (¯) als: Mātер.
einer kurzen (˘) als: Păter.
einer langen und kurzen (¯˘) oder (˘¯) als: Săcratūs.

d) Der Haupt-Grund der Quantität der Sylben iſt die Auctorität der Poëten, als welche die Sylben lang oder kurz gebrauchet haben. Dahero man ſich auch darauf berufet, wann man aus den ordentlichen Reglen keine

Urſach

Ursach geben kan, warum diese oder jene Sylb in den Versen lang oder kurz zu setzen ist.

Von der Quantität aller Sylben insgemein.

Die Quantität aller Sylben ist auf fünferley Art zu erkennen:

1. Aus einem *Diphthongo*. 2. aus der *Position*. 3. aus dem *Vocali* vor einem *Vocali*. 4. aus der *Contraction*. 5. aus dem *Accent*.

I. Von dem Diphthongo.

Ein Diphthongus macht die Sylb lang, als: ætas, aurum, cœna.

Anmerkung.

Præ wird in den zusammengesetzten Wörtern, Wann ein Vocalis folget, mehrentheils corripiret; als: Stipitibus duris agitur, sudibúsve *præustis*. *Virgil.*

II. Von der Position.

§. I. Eine Position macht die Sylb lang, als: Mons, carmen.

(Positio wird genennet, wann auf einen Vocalem zwey oder mehr Consonantes, sie seyen einfache, oder ein gedoppelter, entweder in demselben Wort, oder am End des vorhergehenden, und Anfang des folgenden Worts stehen, als: Pons, arma, Gaza, rexit. Discite justitiam moniti, nec temnere Divos. *Virgil.*

Anmerkungen.

1) Der Buchstab h wird in Versen für keinen Consonans gehalten; dahero er auch keine Position machet.
2) Wann Jod in einem einfachen Wort in der Mitten zwischen

zweyen Vocalibus ſtehet, ſo machet es den vorhergehenden Vocalem lang, als: Mājor, ējus, cūjus. Stehet es aber in einem zuſammengeſetzten Wort zwiſchen zweyen Vocalibus, ſo iſt der vorhergehende Vocalis kurz, als: Bĭjugus, Multĭjugus.

3) Wann q und u in einem Wort beyſammen ſtehen, ſo machen ſie keine Poſition, ſondern die Sylb iſt kurz, als: ăqua, ĕquus.

§. II. Wann ein ſtummer und flieſiger Buchſtab (muta cum liquida) in einer Sylb beyſammen ſtehen, ſo machen ſie die vorhergehende Sylb, wann ſie von Natur kurz iſt, lang und kurz, als:

Pā̆tris, tenē̆bræ, volū̆cris.

Anmerkungen.

1) Ein Vocalis, der von Natur lang iſt, kan nicht kurz gemacht werden, wann auch gleich muta oder liquida folget, als: Mātris, ſalūbris, ſimulācrum, von μήτης, ſalūtis, ſimulātum.

2) Die Sylben, welche in der Poëſi wegen ihrer *muta* und *liquida* bisweilen lang pflegen geſetzt zu werden, werden auſer der Poëſie gemeiniglich kurz ausgeſprochen, als: tenĕbræ, volŭcris.

III. Von dem *Vocali* vor einem *Vocali*.

Wann ein Vocalis vor einem andern Vocali oder Diphthongo in eben demſelben Wort ſtehet, ſo iſt er kurz, als:

Pĭus, mĭhi, docĕam, audĭam.

Anmerkungen.

1) Fio hat ein langes i, es ſey dann, daß ein r dazu kommt, ſo iſt das i kurz, als, Fīo, fiebam, fiam, fierem, fieri.

2) Die

2) Die Genitivi und Dativi quintæ Declinationis haben ein lang e vor dem i, als: Diēi, aciēi; auſer rĕi, ſpĕi, fidĕi, welche ein kurz e haben.

3) Die Genitivi in ius haben auſer der Poëſie ein lang i; in der Poëſie aber ſeynd ſie lang und kurz, als:

Unīus ob iram prodimur. *Virgil.* L. 1. Aen. v. 255.
Unĭus ob noxam, & furias Ajacis Oilei. *Ibid.* v. 45.

Auſer dem Genitiv. alīus, ſo allezeit lang iſt, und alterĭus, ſo allezeit kurz iſt.

IV. Von der Contraction.

Ein zuſammen gezogene Sylb iſt lang, als: Nil, für nihil, mālo für mavolo, cōgo für coago, &c.

V. Von dem Accentu.

Auf den Accent kan man ſich nicht ſonderlich verlaſſen, weil in der Pronunciation offt gefehlet wird. Wie dann aus Gewohnheit leichtlich geſchicht, daß man Thraſybúlus, Granícus, invíto, irríto kurz, und hingegen Eumĕnes, Cratĕrus, lang ausſpricht: Man muß alſo die Jugend ſonderlich auf die Auctorität und Reglen führen, doch können folgende Anmerkungen einigermaſen zu ſtatten kommen.

I. Der Accent muß mit der Ausſprach der Wörter aus dem Gebrauch gemerket werden, und gilt nur in ſolchen Wörteren, welche zum wenigſten drey Sylben haben, darunter man die mittlere Sylbe aus dem Thon zu beurtheilen hat, ob ſie lang oder kurz ſey, als:

Ce in docēre iſt lang, weil dieſe Sylb mit einem langen Thon ausgeſprochen wird.
Mi in Domĭnus iſt kurz, weil dieſe Sylb mit einem kurzen Thon ausgeſprochen wird.

II. Der

II. Der Accent kan auch erkennt werden aus der *Compoſition*, wann man ein Wort, das noch nicht drey Sylben hat, durch den Zuſatz einer Sylb zu einem dreyſylbigen Wort machet, und alsdann aus dem Thon höret, ob die mittlere Sylb lang oder kurz ſeye. Z. E.

Scri, in ſcribo, iſt lang, weil man ſagt, inſcrībo.
Li, in Ligo, iſt kurz, weil man ſagt, colligo.

III. Der Accent kan auch erkennt werden aus der *Diminution*, wann man von einem langen Wort am End eine oder mehr Sylben wegwirft, und aus den übrigen Sylben den Thon der penultimæ ſyllabæ beurtheilet, ob er lang oder kurz ſeye, als:

Mi, in hominibus iſt kurz, weil man ſagt, hominis.
Du, in adūlator iſt lang, weil man ſagt, adūlor.

Nota. *Do*, *das*, *da*, ſeynd lang; in den übrigen Wörtern aber iſt die Sylb *da* aus dem Verbo *Do* auch in den Compoſitis kurz, als: Dămus, dătis, dăbam, dăbo, dărem, dăre, circumdăbam, circumdăbo, circumdăre, &c.

Von der Quantität der erſten und der mittleren Sylb inſonderheit.

§. I. Die Derivativa behalten die Quantität ihrer Primitivorum, von welchen ſie herſtammen. Z. E.

Dŏminus, hat die erſte Sylb kurz; drum auch dŏmina, dŏminor.
Lĕgo, hat die erſte Sylb kurz; drum auch lĕgebam, lĕgam.
Valēre, hat die mittlere Sylb lang; drum auch valētudo.
Virgĭnis, hat die mittlere Sylb kurz; drum auch virgĭneus.

§. II.

§. II. Die Compoſita behalten die Quantität ihrer Simplicium, als:

Vŏco, avŏco; ſpīro, adſpīro; prŏbus, improbus; quĭdem, ſiquĭdem; clārus, præclārus.

a) Die Præpoſitiones, welche in der Compoſition auf einen Conſonant ausgehen, ſeynd kurz, als: ăbeo, pĕrago; es ſeye dann, daß ſolches ein Poſition verhinderet, als: ād-duco, pērcurro, īnjicio.

b) Die Præpoſitiones, welche in der Compoſition auf ein Vocal ausgehen, ſeynd lang, als: āverto, dēpono, ēligo, dīvido.

(*Re* iſt in ſeiner Compoſition mehrentheils kurz, als: rĕtĕro, rĕpōno; ausgenommen in rējicio, rējecto, und in dem Verbo impersonali rēfert, allwo es lang iſt.

§. III. Die Præterita und Supina, ſo zweyſylbig ſeynd, haben die erſte Sylb lang, es ſeye dann, daß ein Vocalis vor einem Vocali ſtehe, als:

Cūdi, cūſum, von cūdo; Vīdi, vīſum, von vĭdeo; Līqui, von linquo; Fēci, von făcio.

a) Sieben zweyſylbige *Præterita* ſeynd kurz, als: Dĕdi, tŭli, ſtĕti, ſtĭti, bĭbi, fĭdi, ſcĭdi, mit ihren Compoſitis: addĭdi, attŭli, reſtĭti, ebĭbi, diffĭdi, conſcĭdi.

b) Neun *Supina* ſeynd kurz, als: Dătum, rătum, sătum, ĭtum, lĭtum, cĭtum, quĭtum, sĭtum, rŭtum, mit ihren Compoſitis: Circumdătum, abĭtum, illĭtum, corrŭtum, desĭtum, &c.

§. IV. Wann ein Præteritum ſeine Anfangs-Sylb verdoppelt, und dreyſylbig wird, ſo iſt die erſte und andere Sylb kurz, als:

Cĕcĭdi, dĭdĭci, tĕtĭgi, von cado, diſco, tango; ausgenommen cecīdi, von cædo; pĕpēdi.

§. V.

§. V. Die vielsylbige Præterita in *vi* und *si*, desgleichen die vielsylbige *Supina* in *tum* & *sum* haben die mittlere Sylb lang, als:

Amo, amāvi, amātum; peto, petīvi, petītum; divĭdo, divīsi, divīsum.

Die Supina in *itum*, welche nicht non *ivi* herkommen, haben die mittlere kurz, als: Fugio, fugi, fugĭtum; noceo, nocui, nocĭtum.

Ausgenommen recenseo, recensui, recensītum.

§. VI. Die Dativi und Ablativi plurales in bus und bis produciren die vorhergehende Sylb, wann a, e, o, darinnen steht, als: Deābus, rēbus, nōbis; corripiren aber dieselbe, wann i und u darinnen vorkommt, als: arcĭbus, lacŭbus; ausgenommen būbus, so lang ist.

Von der Quantität der letzten Sylben.

§. I. Die einsylbige Wörter, so auf einen Vocalem ausgehen, seynd lang, als: A, e, de, me, te, se, o, proh, vah, pro, do, sto.

Kurz seynd

Die Encliticæ que, ne, ve, und die angehängte Sylben ce, te, pse, pte, als: Hiccĕ, tutĕ, meoptĕ.

§. II. Die einsylbige *Nomina*, so auf einen Consonans ausgehen, seynd lang, als:

Lac, sal, sol, ren, splen, ver, fur, lis, jus, mus, os (oris); desgleichen quin, sin, en, non, cur.

Kurz seynd

Fel, mel, vir, cor, vas, (vadis), os, (ossis).

§. III. A, e, y, seynd kurz, als:

Mens,

Mensă, armă, poëmă, turpĕ, corporĕ, illĕ, legerĕ, ritĕ, antĕ, molў.

Ein lang a haben:

a) Die Indeclinabilia, als: Anteā, contrā, ergā, fruſtrā, trigintā, aber ită, quiă, ejă, poſteā ſeynd kurz.

b) Die Vocativi primæ und tertiæ declinationis von den Nominibus in as, als: Aeneā, Pallā.

c) Die Ablativi primæ Declinationis, als: Mensā.

d) Die Imperativi primæ conjugationis, als: clamā.

Ein lang e haben

a) Die Ablativi quintæ declinationis, als: Diē, rē, fidē, und die Compoſita hodiē, pridiē, quarē.

b) Die Imperativi ſingul. ſecundæ conjugationis, als: Docē, tacē.

c) Die Adverbia in e, ſo von den Nominibus ſecundæ declinationis herkommen, als: Doctē, valdē, optimē, pulchrē.
Benĕ und malĕ ſeynd kurz.
Ferē, fermē, und ohē ſeynd lang.

d) Die Griechiſche Wörter in e primæ declinationis, als: Epitomē, Anchisē, und die Neutra pluralia: melē, tempē, cetē.

§. IV. I und u ſeynd lang, als: Dominī, dixī, fructū, diū.

Lang und kurz ſeynd

Mihī, tibī, ſibī, ibī, ubī, und das Adverbium utī, mit den Compoſitis: Sicubī, ſicutī, velutī.
Kurz ſeynd: Niſĭ, quaſĭ, und cuĭ, wann es zwey Sylben hat.

§. V. O iſt lang und kurz, als:

Virgō, dicō, quandō, egō, legendō.

Ein

Ein lang o haben :

a) Die Dativi und Ablativi secund. declinat. als: Dominō, lignō.

b) Die Adverbia, so von den Nominibus herstammen, als: Subitō, meritō, multō, tantō, quantō, falsō; wozu noch andere Indeclinabilia kommen, als: Adeō, ideō, eō, ultrō, profectō, idcircō, und das ergō, (an statt causa.)

§. VI. C ist lang, als: Dīc, dūc, hāc, illūc.

Nĕc und donĕc seynd kurz. Fac ist kurz.
Hic, Pronomen ist lang und kurz. Hīc Adverbium ist allezeit lang.

§. VII. B, d, t, l, n, r, seynd kurz, als: ăb, ĭd, capŭt, animăl, lumĕn, patĕr.

Die Griechische Wörter in R, so in Genitivo ungleiche Sylben haben, seynd lang, als: Aēr, æthēr, characterēr.

§. VIII. As, es, os seynd lang, als: Bonitās, amās, fidēs, patrēs, docēs, quotiēs, honōs, ōs, (oris).

Ein kurz as haben

Die Lateinische und Griechische Nominativi in as, welche in Genitivo *adis* haben, als: Vās, vadis, Iliās, Pallās; imgleichen die Griechische Accusativi tertiæ declinationis, als: Herōās.

Ein kurz es haben

a) Die Nominat. tertiæ declinat. in es, wann sie in Genitiv. ungleiche Sylben haben, davon die penultima kurz ist, als: Milĕs, legĕs, præsĕs, divĕs.

Auser cerēs, ariēs, pariēs, abiēs, und pēs mit seinen Compositis, bipēs, tripēs, quadrŭpēs, so lang seynd.

b) Es von *sum* mit seinen Compositis, abĕs, adĕs, potĕs, ist kurz.
Es von *Edo* ist lang. Die Præpositio penĕs ist kurz.

Ein

Ein kurz os haben

Os (offis), exŏs, compŏs, impŏs.

§. IX. Is, us, und ys seynd kurz, als:

Ignĭs, patrĭs, legĭs, tempŭs, patribŭs, legimŭs, secūtŭs, sæpiŭs, chelys.

Ein lang is haben

a) Die Dativi und Ablat. plurales, als: Mensīs, servīs, nobīs.

b) Die secunda persona singular. præsentis indicativi in der vierten Conjugation, als: Audīs, dormīs, custodīs.

c) Vīs, sīs, velīs mit ihren Compositis, quamvīs, quivīs, ubivīs, adsīs, malīs, possīs, nolīs, so auch lang seynd.

Ein lang us haben

a) Die Nomina tertiæ declinationis, so das u im Genitivo behalten, als: Tellūs, uris, virtūs, utis, salūs, utis.

b) Der Genitivus singularis, imgleichen der Nominat. Accusat. und Vocat. plural. quartæ declinationis, als: fructûs in Gen. und hi, hos, und o fructūs.

c) Die Griechische Wörter in ȣς als: Tripūs.

Von der Scansion, Cæsur, und von den Pedibus eines Carminis.

§. I. Ein Carmen wird genennt, wann viele Vers in einem Gedicht geschickt zusammen gesetzt werden.

§. II. Ein Pes bestehet aus einer gewissen Zahl langer oder kurzen Sylben.

§. III. Die gewöhnliche Pedes seynd dreyerley, nemlich dissyllabi, trisyllabi, & tetrasyllabi.

4. Dissyllabi.

Pyrrichius, Spondéus, Trochæus, Jambus,	qui constat	˘ ˘	ŭt, Dĕŭs.
		– –	ūt, frāudēs.
		– ˘	ūt, ānnŭs.
		˘ –	ūt; tĕnāx.

8. Trisyllabi: die gebräuchlichste seynd

Dactylus, Anapæstus, Molossus, Tribrächys, Bacchius, } qui constat {
- ⏑ ⏑ ùt, fūlmĭnă.
⏑ ⏑ - ùt, Dŏmĭnō.
- - - ùt, tēmplōrūm.
⏑ ⏑ ⏑ ùt, lĕgĕrĕ.
⏑ - - ùt, gŭbērnāns.

16. Tetrasyllabi: die gebräuchlichste seynd

Proceleusmaticus, Chorijambus } qui constat {
⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ùt, hŏmĭnĭbŭs.
- ⏑ ⏑ - ùt, hīstŏrĭaē.

§. IV. Die Abmessung der Vers nach ihren Pedibus wird eine Scansion genennet.

a) Ein Vocalis, welcher vor einem andern Vocali in unterschiedenen Wörtern stehet, wird in der Scansion verschlungen, welches die Poëten ein Elision nennen, als:

Tu ne cede malis, sed contra audentior ito. *Virgil.*

Durate, & vosmet rebus servate secundis. *Id.*

b) Das M. wird am End eines Worts, wann ein Vocalis darauf folget, mit dem vorhergehenden Vocali in der Scansion auch verschlungen, als:

Audendum est, fortes adjuvat ipse Deus, lautet in der scansion: audend' est.

In der Compositon aber ist das M mitten im Wort kurz, als: circumăgo, circŭmeo.

§. V. Bey der Scansion deren Vers hat man die Cæsur insonderheit in acht zu nehmen.

§. VI. Die Cæsura ist ein zierlicher Abschnitt der Wörter nach ihren pedibus, so, daß die pedes nicht aus ganzen Wörteren bestehen, sondern die ultima, oder auch die penultima syllaba eines Worts allezeit einen neuen pedem anfange, als:

Una sa lus vic tis, nul lam spe rare sa lutem, *Virg.*

(Je mehr Cæsuren ein Vers hat, je anmüthiger klinget er; im Gegentheil hat ein Vers keine Cæsur, so hat er auch keine Annehmlichkeit, als:

Nuper quidam doctus cœpit scribere versus.

§. VII.

§. VII. Die pedes, welche im Hexametro und pentametro gewöhnlich gebrauchet werden, seynd drey:

Dactylus – ◡ ◡ tempora
Spondeus – – laudes.
Trochæus – ◡ astra.

Vom Versu Hexametro.

Versus Hexámeter bestehet aus 6. pedibus, deren die vier erste ohne Unterschied ein Dactylus oder Spondeus, der fünfte allein ein Dactylus, und der sechste ein Spondeus, oder Trochæus seynd.

1	2	3	4	5	6
– ◡ ◡	– ◡ ◡	– ◡ ◡	– ◡ ◡	– ◡ ◡	– ◡ ◡
– –	– –	– –	– –		– –

Donec eris felix, multos numerabis amicos. *Ovid.*
Non est in medico, semper relevetur ut æger. *Id.*
(Das Genus Hexametrum heist sonst auch Heroicum).

Vom Versu pentametro.

Versus pentámeter bestehet aus 7 pedibus, so in zwey Theil getheilet werden; die erste Helfte hat zwey und einen halben pedem, davon die beyde erste ein Spondeus oder Dactylus seyn können, der übrige halbe pes aber ein lange Sylb seyn muß. Die andere Helfte hat ebenfals zwey und einen halben pedem, davon die beyde erste nur allein Dactyli seyn müssen, der übrige halbe pes aber lang und kurz seyn kan.

1	2		3	4	5
– ◡ ◡	– ◡ ◡	–	– ◡ ◡	– ◡ ◡	–
– –	– –				◡

Tempora si fuerint nubila, solus eris. – *Ovid.*
Interdum doctâ plus valet arte malum. *Id.*

Ein Pentameter stehet gemeiniglich unter einem Hexametro, und wird solches alsdann ein Carmen Elegiăcum genennet.

CAPUT II.
OBSERVATIONES FACILIORES
PRO PANGENDIS VERSIBUS.

I. Poëtæ aliquando ponunt præteritum plusquamperfectum infinitivi modi, præſertim actívi vel neutri, pro præſenti, ùt:

Tutius eſt, pulſâ curarum nube, ſerenis
Threjiciam digitis *increpuiſſe* lyram. *Ovid.*

II. Verbum infinitum, etiam cum ſuo caſu, ponitur loco Nominativi: Eſt aliquid *validâ ſceptra tenere manu.* *Ovid.* Item Verbum Paſſivum loco Actívi, & contra: Item *amabere* pro amaberis, *amârunt* pro amaverunt, *amâram* pro amaveram, *petiiſſe & petiſſe* pro petiviſſe, *amavêre*, pro amaverunt. &c. Sic:

Conticuêre omnes, intentíque ora tenebant. *Virg.*

III. Numerus pluralis ponitur pro ſingulari in Nominibus, Verbis, & Perſonis; ùt: *Sumus* in Ponto. *Ovid.* Alloquar en abſens *abſentia Numina.* *Idem.* Uſurpatur etiam *noſter*, *veſter*, *nobis &c.* pro *meus*, *tuus*, *mihi.*

IV. Numerus pluralis, ſi multitudo ſignificetur, eleganter fit ſingularis, ùt: *Hoſtis* habet muros. *Virg.*

V. Præpoſitio ponitur eleganter poſt ſuum caſum, ùt: *Saxa per*, *rivum propter*, *modum ſupra*, loco *per ſaxa.* &c. Huc ſpectat: *dare circum*, *ire præ*, *eſſe ſupra.* &c. pro *circumdare* &c. adde *qui-cunque*, *hac-tenus*, *prius-quam* & ſimilia, ùt: *Hac* celebrata *tenus.* *Qui* te *cunque* manent.

VI. Præpoſitiones quietem indicantes ſæpiſſimè omittuntur, præcipuè *à*, *ab*, *è*, *ex*, *de*, *in.* ùt: fugerat *ore* color. *Ovid.* quaſi diceres: fugit *ab ore* color. Præpoſitiones motum ſignificantes vix unquam omittas.

VII. Relativa *qui*, *quæ*, *quod* cum verbo *ſum* eleganter omittuntur, quando per illa unum ſubſtantivum alteri adjungitur, ùt: *timidiſſima turba*, columbæ. Hoc eſt: columbæ, *quæ ſunt* turba timidiſſima.

VIII.

VIII. Participia Poëtis ſunt uſitatiſſima, ùt:

Nil *profecturis* littora bobus aras. *Ovid.*

IX. Ablativus partis mutatur in Accuſativum, ùt: *os*, *humerós-que* Deo ſimilis. *Virg.*

X. Apoſtrophe, quando ſermo ad aliud quodcunque convertitur, Poëtis eſt frequentiſſima, & perquàm elegans, ùt: Has *Hyacinthe* tenes, illas *Amaranthe* moraris. *Ovid.*

XI. Supina in um, Gerundia in di, do, dum, Participia futuri temporis Verbi paſſivi mutari poſſunt in præſens modi infinitivi, ùt: venit *ſcribere*, peritus *cantare*, feſſus *loqui*, aptus *currere*. Sic etiam Horatius: Triſtitiam & metus tradam protervis in mare Creticum *portare* ventis, pro *portanda*.

XII. Omnia Adjectiva poſſunt habere Genitivum more Græcorum, ùt: invictus *animi*, dives *opum* &c. Huc reducuntur etiam terminationes Græcorum Nominum; ùt: *Arcădos*, *Poëſeos*, *Hectŏra*, *Troas*, *Phlegetonta* &c. pro Arcadis, Poëſis, Hectorem, Troës, Phlegetontem.

XIII. Nomina, quæ in ſingulari plures denotant, conſtrui poſſunt cum verbo in Plurali, ùt: *Pars* in fruſta ſecant. *Virg.* Sic pariter *turba* &c.

XIV. Poëtæ imitati Græcos, ubi Latini *res* ponunt, illud omittunt, & Adjectivum in genere neutro uſurpant. ùt: *triſte* lupus ſtabulis. *Dulce* ſatis humor.

XV. Sæpè Adjectivum ponitur in genere neutro numeri pluralis, vel ſingularis, & Subſtantivum in Genitivo, ùt: *Amoena Muſarum*, *abdita viarum*, *ſerenum cœli*.

XVI. Adjectivum eleganter mutatur in Subſtantivum, & viciſſim. ùt: *inclementia cœli*, pro cælum inclémens; *fluctus marinus*, pro fluctus maris. Adjectivum vel Participium uſurpatur aliquando ſubſtantivè; ùt: *fulgens* pro cœlo, *inane vel inania* pro aëre.

XVII. Adverbia mutantur in Nomina, præſertim ſi illa tempus ſignificent, ùt: *Serus* in cœlum redeas, pro ſerò. Aeneas ſe *matutinus* agebat, pro manè.

XVIII. Adjectiva, & omnis Oratio affirmativa, eleganter per duplicem negationem variari poſſunt, manente eâdem ſignificatione. ùt: *Non indoctus*, pro doctus. *Non indecorus*, pro decorus. *Non diſplicet*, pro placet.

XIX. Adjectiva generis neutri eleganter ponuntur adverbialiter, ùt: *Suavè* rubens vultus. Intonuit *lævùm*.

XX. Ablativus Verbi paſſivi mutari poteſt in Dativum, ùt: vix audior *ulli*, pro ab ullo. Idem fit in verbis certandi & pugnandi, ùt: certare *cygnis*, pugnare *amori*.

XXI. Poëtæ conjunctionem ET mutant in præpoſitionem *cum*, ùt: *Remo cum Fratre* Quirinus, pro Quirinus & Remus frater.

XXII. Poſitivum mutari poteſt in Comparatívum, ùt: nec te mihi *carior* alter.

XXIII. Poëtæ ponunt numerum certum pro incerto, ùt: *ter, quater*, *centum*, *mille*, pro ſæpè, multi. *Juvat*, *delectat*, pro volo, ùt: *multos* caſtra *juvant*. *Stat* pro volo, *ſedet*, pro eſt, ùt: vix hæc ſententia *ſedit*. *Multus*, *plurimus* in ſingulari, ùt: hìc *plurimus* ignis. *Virg.*

EXERCITATIONES FACILIORES.

I. Juſti carminis vocabula miſcentur & turbantur, ut ſolus in numerum ea redigendi labor ſuperſit.

II. Carmen ad ſpeciem legitimum, Proſodiæ explorandæ cauſâ proponitur, ut emendetur.

III. Verſus legitimi ſolis epithetis deſtituti atque his explendi imperantur.

IV. Opera ponitur in verſibus abundantibus ad juſtos numeros contrahendis.

V. E contrario verſus breviores amplificentur ſolis ſynonymis vel contrariis adjectis.

VI. Denique ſecundum obſervationes ſupra poſitas aliquid mutationis in verſu tentatur.

CAPUT III.

CAPUT III.

P. OVIDII NASONIS ELEGIAE SELECTAE.

EX LIBRO I. TRISTIUM.

P. OVIDIUS NASO Sulmonenſis Eques, Poëta copioſus, facilis & elegans, præ reliquis unus numerorum ſuavitatem in Elegiis feliciſſimè eſt aſſecutus. Varios emiſit libros, in quibus ſæpe numero turpitudinis Magiſtrum agit: iis Auguſtum cùm offendiſſet, Tomos in Scythia relegatus eſt. Inde libros *Triſtium*, & quos *de Ponto* inſcripſit, Romam transmiſit, qui cùm ſoleant juventuti prælegi, excerpſimus pro Media Grammatices integras quasdam ex Libro I. Triſtium Elegias: ex reliquis, quæ elegantia, quæ ſententioſa, quæ rariora videbantur eſſe, quaſi *flores* ſubnectimus. Flores ejusmodi tum memoriæ utiliter exercendæ, tum phraſibus Poëticis imbibendis ſervient. Idem inſtitutum, ubi perpetuos Auctores ſufficere non licet, deinceps in aliis perſequemur.

ELEGIA I.

Argumentum- *Alloquitur librum ſuum, ut Romam vadat, & quid ibi faciendum ſit, admonet.*

Parve (nec invideo) ſinè me liber ibis in urbem;
Heu mihi, quòd domino non licet ire tuo!
Vade, ſed incultus, qualem decet exulis eſſe:
Infelix habitum temporis hujus habe.
Nec te purpureo velent vaccinia (a) ſucco:
Non eſt conveniens luctibus iſte color.
Nec titulus minio, nec cedro (b) charta notetur:
Candida nec nigrâ cornua (c) fronte geras.

(a) *E vaccinüis* ſeu moris agreſtibus ruber ſuccus exprimebatur.
(b) *Cedro.* Cedrino ſucco vel oleo veteres chartas ſuas linebant.
(c) *Cornua.* Extrema, ſeu cornua voluminum argento vel ebore muniebant.

Nec fragili geminæ poliantur pumice (d) frontes,
Hirſutus ſparſis ut videâre comis.
Felices ornent hæc inſtrumenta libellos:
Fortunæ memorem te decet eſſe meæ.
Néve liturarum pudeat: qui viderit illas,
De lacrymis factas ſentiat eſſe meis.
Vade liber, verbísque meis loca grata ſaluta:
Contingam certè quo licet illa pede.
Si quis, ut in populo noſtrî non immemor illo,
Si quis, qui quid agam fortè requiret, erit:
Vivere me dices: ſalvum tamen eſſe negabis;
Id quoque, quòd vivam, munus habere Dei.
Atque ita te cautus quærenti plura legendum,
Ne, quæ non opus eſt, fortè loquâre, dabis.
Protinus admonitus repetet mea crimina lector:
Et peragar populi publicus ore reus.
Tu cave defendas, quamvis mordebere dictis:
Cauſa patrocinio non bona pejor erit.
Invenies aliquem, qui me ſuſpiret ademptum,
Carmina nec ſiccis perlegat iſta genis:
Et tacitus ſecum, ne quis malus audiat, optet,
Sit mea, lenito Cæſare, pœna levis.
Nos quoque, quisquis erit, ne ſit miſer ipſe, precamur,
Placatos miſeris qui volet eſſe Deos.
Quaéque volet, rata ſint: ablatáque Principis ira,
Sedibus in patriis det mihi poſſe mori.
Ut peragas mandata liber, culpabere forſan:
Ingeniíque minor laude ferêre mei.
Judicis officium eſt, ùt res, ita tempora rerum
Quærere: quæſito tempore tutus eris.
Carmina proveniunt animo deducta ſereno:
Nubila ſunt ſubitis tempora noſtra malis.
Carmina ſeceſſum ſcribentis & otia quærunt:
Me mare, me venti, me fera jactat hiems.
Carminibus metus omnis abeſt: ego perditus enſem
Hæſurum jugulo jam puto jámque meo.
Hæc quoque, quæ facio, judex mirabitur æquus:
Scriptáque cum venia qualiacunque leget.

(d) *Pumice.* Externam & internam membranæ partem pumice lævigabant.

Da mihi Mæoniden (e) *& tot circumſpice caſus;*
Ingenium tantis excidet omne malis.
Denique ſecurus famæ liber ire memento:
Nec tibi ſit lecto diſplicuiſſe pudor.
Non ita ſe nobis præbet fortuna ſecundam,
Ut tibi ſit ratio laudis habenda tuæ.
Donec eram ſoſpes, tituli tangebar amore,
Quærendíque mihi nominis ardor erat.
Carmina nunc, ſi non ſtudiúmque quod obfuit, odi,
Sit ſatìs: ingenio ſit fuga parta meo.
I tamen, & pro me tu, cui licet, aſpice Romam,
Dî facerent, poſſem nunc meus eſſe liber.
Nec te, quòd venias magnam peregrinus in urbem,
Ignotum populo poſſe venire puta.
Ut titulo careas, ipſo noſcêre colore:
Diſſimulare velis te licèt eſſe meum.
Clam tamen intrato, ne te mea carmina lædant:
Non ſunt, ùt quondam plena favoris erant.
Si quis erit, qui te, quòd ſis meus, eſſe legendum
Non putet, è gremio rejiciátque ſuo:
Inſpice, dic, titulum; non ſum præceptor amoris,
Quas meruit pœnas, jam dedit illud opus.
Forſitan exſpectes, an in alta palatia miſſum
Scandere te jubeam, Cæſareámque domum.
Ignoſcant auguſta mihi loca, Dîque locorum;
Venit in hoc illâ fulmen ab arce caput.
Sunt equidem, memini, mitiſſima ſedibus illis
Numina; ſed timeo, qui nocuêre, Deos.
Terretur minimo pennæ ſtridore columba,
Unguibus, accipiter, ſaucia facta tuis!
Nec procul à ſtabulis audet diſcedere, ſi qua
Excuſſa eſt avidi dentibus agna lupi.
Vitaret cœlum Phaëton, ſi viveret, & quos.
Optârat ſtultè, tangere nollet equos.
Me quoque, quæ ſenſi, fateor Jovis arma timere;
Me reor infeſto, cùm tonat, igne peti.
Quicunque Argolica de Claſſe Capharea (f) fugit,
Semper ab Euboicis vela retorquet aquis.

(e) *Mæoniden.* Homerum Poëtarum Principem, cujus parens Mæon.
(f) *Capharea.* Græci Duces Trojâ reduces ad Capharum Eubœæ Promontorium graviter jactati afflictíque ſunt.

Et mea cymba ſemel vaſtâ percuſſa procellâ
Illum, quo læſa eſt, horret adire locum.
Ergo cave liber, & timida circumſpice mente,
Et ſatìs à media ſit tibi plebe legi.
Dum petit infirmis nimiùm ſublimia pennis
Icarus, Icarias nomine fecit aquas.
Difficile eſt tamen, hìc remis utaris, an aurâ,
Dicere: conſilium résque, locúsque dabunt.
Si poteris vacuo tradi: ſi cuncta videbis
Mitia: ſi vires fregerit ira ſuas:
Si quis erit, qui te dubitantem & adire timentem
Tradat, & ante tamen pauca locutus, adi.
Luce bona, dominóque tuo felicior ipſo,
Pervenias illuc, & mala cuncta leves.
Namque ea vel nemo, vel qui mihi vulnera fecit,
Solus Achilleo (g) tollere more poteſt.
Tantùm ne noceas, dum vis prodeſſe, videto;
Nam ſpes eſt animi noſtra timore minor.
Quæque quieſcebat, ne mota reſæviat ira,
Et pœnæ ne ſis altera cauſa, cave.
Cùm tamen in noſtrum fueris penetrale receptus,
Contigerísque tuam, ſcrinia parva, domum:
Aſpicies illic poſitos ex ordine fratres,
Quos ſtudium cunctos evigilavit idem.
Cetera turba palam titulos oſtendit apertos,
Et ſua detectâ nomina fronte gerit.
Tres (h) procul obſcurâ latitantes parte videbis:
Hi quoque, quod nemo neſcit, amare docent.
Hos tu vel fugias; vel ſi ſatìs oris habebis,
Oedipodas (i) facito, Telegonósque voces.
Déque tribus moneo, ſi qua eſt tibi cura parentis,
Ne quenquam, quamvis ipſe docebit, ames.
Sunt quoque mutatæ ter quinque (k) volumina formæ,
Nuper ab exequiis carmina rapta meis:

His

(g) *Achilleo.* Telephum Myſiæ Regem haſtâ vulnerârat Achilles, & ejusdem haſtæ ſcobe ex oraculi juſſu ſanârat.

(h) *Tres procul.* Tres libros de amore.

(i) *Oedipodas.* Voca eos parricidas, quia ab iis pereo, ùt Lajus ab Oedipo, Ulyſſes à Telégono.

(k) *Ter quinque* Quindecim libri Metamorphoſeon.

His, mando, dicas, inter mutata referri
Fortunæ vultum corpora posse meæ.
Namque ea dissimilis subitò est effecta priori,
Flendáque nunc, alio tempore læta fuit.
Plura quidem mandare tibi, si quæris, habebam,
Sed vereor, tardæ causa fuisse moræ.
Et si, quæ subeunt, tecum liber omnia ferres,
Sarcina laturo magna futurus eras.
Longa via est, propera: nobis habitabitur orbis
Ultimus, à terrâ terra remota meâ.

ELEGIA II.

Argumentum. *Prima Elegiæ pars luculenta est Tempestatis descriptio, & deprecatio mortis in mediis fluctibus ad Deos superos & marinos; altera preces suas auditas ominatur.*

Dî maris & cœli (quid enim nisi vota supersunt?)
Solvere quassatæ parcite membra ratis:
Néve, precor, magni subscribite Cæsaris iræ.
Sæpè premente Deo fert Deus alter opem.
Mulciber in Trojam (a), pro Troja stabat Apollo:
Aequa Venus Teucris, Pallas iniqua fuit.
Oderat Aeneam propior Saturnia (b) Turno:
Ille tamen Veneris Numine tutus erat.
Sæpè ferox cautum petiit Neptunus Ulyssem,
Eripuit Patruo (c) sæpè Minerva suo.
Et nobis aliquod (quamvis distamus ab illis)
Quis vetat irato Numen adesse Deo?
Verba miser frustra non proficientia perdo;
Ipsa graves spargunt ora loquentis aquæ.
Terribilísque Notus jactat mea verba, precésque,
Ad quos mittuntur, non sinit ire Deos.

Ergo

(a) *Mulciber.* Vulcanus cum Pallade pro Græcis contra Trojanos erant, Apollo & Venus pro Trojanis.

(b) *Saturnia.* Juno Saturni filia.
(c) *Patruo.* Favebat Ulyssi *Minerva*, oderat eum Neptunus Jovis frater, cujus filia Pallas.

Ergo iîdem venti, ne cauſa lædar in una,
Veláque neſcio quò, votáque noſtra ferunt.
Me miſerum, quanti montes volvuntur aquarum!
Jam jam tacturos ſidera ſumma putes.
Quantæ diducto ſubſidunt æquore valles!
Jam jam tacturas tartara nigra putes.
Quocunque adſpicio, nihil eſt, niſi pontus & æther:
Fluctibus hic tumidus, nubibus ille minax.
Inter utrumque fremunt immani murmure venti:
Neſcit, cui domino pareat unda maris.
Nam modò purpureo vires capit Eurus ab ortu:
Nunc Zephyrus ſero veſpere miſſus adeſt:
Nunc gelidus ſicca Boreas bacchatur ab Arcto:
Nunc Notus adverſâ prælia fronte gerit.
Rector (d) in incerto eſt, nec quid fugiátve, petátve
Invenit; ambiguis ars ſtupet ipſa malis.
Scilicet occidimus; nec ſpes eſt ulla ſalutis:
Dúmque loquor, vultus obruit unda meos.
Obruet hanc animam fluctus: fruſtráque precanti
Ore necaturas accipiemus aquas.
At pia nil aliud, quàm me dolet exule conjux;
Hoc unum noſtri ſcítque gemítque mali.
Neſcit in immenſo jactari corpora ponto:
Neſcit agi ventis, neſcit adeſſe necem.
O bene, quòd non ſim mecum conſcendere paſſus,
Ne mihi mors miſero bis patienda foret.
At nunc ut peream, quoniam caret illa periclo.
Dimidiâ certè parte ſuperſtes ero.
Heu mihi, quàm celeri micuerunt nubila flammâ!
Quantus ab æthereo perſonat axe fragor!
Nec leviùs laterum tabulæ feriuntur ab undis,
Quàm grave balliſtæ mœnia pùlſat onus.
Qui venit, hic fluctus fluctus ſupereminet omnes;
Poſterior nono (e) eſt, undecimóque prior.
Non lethum timeo, genus eſt miſerabile lethi;
Demite naufragium, mors mihi munus erit.
Eſt aliquid, fatóve ſuo, ferróve cadentem
In ſolita moriens ponere corpus humo:

Et

(d) *Rector.* Gubernator navis.
(e) *Poſterior nono.* Decimus fluctus marinus. Hinc maxima quæque decumana Veteribus.

Et mandare ſuis aliqua, & ſperare ſepulchrum,
Et non æquoreis piſcibus eſſe cibum.
Fingite me dignum teli nece: non ego ſolus
Hìc vehor: immeritos cur mea pœna trahit?
Prô ſuperi! viridésque Dei, quibus æquora curæ!
Utraque jam veſtras ſiſtite turba minas:
Quámque dedit vitam mitiſſima Cæſaris ira,
Hanc ſinite infelix in loca juſſa feram.
Si, quoniam merui pœnam, me perdere vultis.
Culpa mea eſt, ipſo judice, morte minor.
Mittere me ſtygias ſi jam voluiſſet ad undas
Cæſar, in hoc veſtrâ non eguiſſet ope.
Eſt illi noſtri non invidioſa cruoris
Copia: quódque dedit, cùm volet, ipſe feret.
Vos modò, quos certè nullo, puto, crimine læſi,
Contenti noſtris jam precor eſte malis!
Nec tamen, ut cuncti miſerum ſervare velitis,
Quod periit, ſalvum jam caput eſſe poteſt.
Ut mare ſubſidat, ventísque ferentibus utar,
Ut mihi parcatis; non minus exul ero.
Non ego divitias avidus ſine fine parandi,
Latum mutandis mercibus æquor aro:
Nec peto, quas quondam petii ſtudioſus, Athenas;
Oppida non Aſiæ, non mihi viſa priùs:
Non ut Alexandri (f) claram delatus in urbem
Delicias videam, Nile jocoſe, tuas.
Quod facile eſt, opto ventos, (quis credere poſſet?)
Sarmatis eſt tellus, quam mea vela petunt.
Obligor, ut tangam lævi fera littora ponti:
Quódque ſit à patria tam fuga tarda, queror.
Neſcio, quo videam poſitos ut in orbe (g) Tomitas.
Exilii facio per mea vota viam.
Si me diligitis tantos compeſcite fluctus;
Pronáque ſint noſtræ Numina veſtra rati,
Seu magìs odiſtis, juſtæ me advertite terræ:
Supplicii pars eſt in regione mori.

Et

(f) *Alexandri*. Alexandria Aegypti urbs ad Nilum.
(g) Tomitæ ab urbe *Tomos* in Geticco littore ſita, ubi *Medéa* fratrem ſuum trucidârat.

Ferte (quid hìc facio?) rapidi mea corpora venti:
  Auſonios (h) fines cur mea vela vident?
Noluit hoc Cæſar: quid, quem fugat ille, tenetis?
  Aſpiciat vultus Pontica terra meos.
Et jubet, & merui: nec, quæ dammaverit ille
  Crimina, defendi fásve, piúmve puto.
Si tamen acta Deos nunquam mortalia fallunt:
  A culpa facinus ſcitis abeſſe mea:
Imò ita ſi ſcitis: ſi me meus abſtulit error:
  Stultáque mens nobis, non ſcelerata fuit:
Quod licet ex minimis, domui ſi favimus illi:
  Si ſatìs Auguſti publica juſſa mihi:
Hoc duce ſi dixi felicia ſæcula, próque
  Cæſare thura, piis Cæſaribúsque dedi:
Si fuit hic animus nobis, ita parcite Divi:
  Sin minùs: alta cadens obruat unda caput.
Fallor? an incipiunt gravidæ evaneſcere nubes?
  Victáque mutati frangitur ira maris?
Non caſu vos, ſed ſub conditione vocati,
  Fallere quos non eſt, hanc mihi fertis opem.

(h) *Auſonios.* Auſonia pro Italia, cujus primi incolæ Auſones

ELEGIA III.

Argumentum. *Memorat triſtem ſuum ex Urbe diſceſſum, uxoris familiaéque luctum; tempeſtatem in mari ortam maximam, quam etiam nautæ deſperârint.*

Cùm ſubit illius triſtiſſima noctis imagò,
  Quæ mihi ſupremum tempus in urbe fuit:
Cùm repeto noctem, quâ tot mihi chara reliqui,
  Labitur ex oculis tùne quoque gutta meis.
Jam propè lux aderat, quâ me diſcedere Cæſar
  Finibus extremæ juſſerat Auſoniæ.
Nec mens, nec ſpatium fuerat ſatìs apta parandi:
  Torpuerant longâ pectora noſtra morâ:

Non

Non mihi ſervorum, comitis non cura legendi,
Non aptæ profugo veſtis, opísve fuit.
Non aliter ſtupui, quàm qui Jovis ignibus ictus
Vivit, & eſt vitæ neſcius ipſe ſuæ.
Ut tamen hanc animi nubem dolor ipſe removit,
Et tandem ſenſus convaluêre mei:
Alloquor extremùm mœſtos abiturus amicos,
Qui modò de multis unus & alter erant.
Uxor amans flentem flens acrius ipſa tenebat,
Imbre per indignas usque cadente genas:
Nata procul Lybicis (a) aberat diviſa ſub oris,
Nec poterat fati certior eſſe mei.
Quocunque aſpicerès; luctus, gemitúsque ſonabant,
Formáque non taciti funeris intus erat.
Femina, virque meo pueri quoque funere mœrent;
Inque domo lacrymas angulus omnis habet.
Si licet exemplis in parvo grandibus uti:
Hæc facies Trojæ, cùm caperetur, erat.
Jámque quieſcebant voces hominúmque, canúmque,
Lunáque nocturnos alta regebat equos:
Hanc ego ſuſpiciens, & ab hac Capitolia cernens,
Quæ noſtro fruſtra juncta fuere lari:
Numina vicinis habitantia ſedibus, inquam,
Jámque oculis nunquam templa videnda meis!
Dîque relinquendi, quos urbs habet alta Quirini,
Eſte ſalutati tempus in omne mihi:
Et quanquam ſerò clypeum poſt funera ſumo:
Attamen hanc odiis exonerate fugam:
Cœleſtíque vito, quis me deceperit error,
Dicite: pro culpa ne ſcelus eſſe putet.
Ut quæ ſentitis, pœnæ quoque ſentiat auctor:
Placato poſſim non miſer eſſe Deo.
Hac prece adoravi ſuperos ego: pluribus uxor,
Singultu medios præpediente ſonos.
Illa etiàm ante lares paſſis proſtrata capillis
Contigit extinctos ore tremente focos.
Multáque in adverſos effudit verba Penates,
Pro deplorato non valitura viro.

Jám.

(a) *Lybicis*, Ovidii filia Perilla maritum in Africam ſecuta fuerat, cujus pars Lybia.

Jámque moræ ſpatium nox præcipitata negabat:
Verſáque ab axe poli Parrhaſis (b) Arctos erat.
Quid facerem? blando patriæ retinebar amore,
Ultima ſed juſſæ nox erat illa fugæ.
Ah quoties aliquo dixi properante, quid urges?
Vel, quò feſtinas ire, vel unde, vide.
Ah quoties certam me ſum mentitus habere
Horam, propoſitæ quæ foret apta viæ.
Ter limen tetigi: ter ſum revocatus: & ipſe
Indulgens animo pes mihi tardus erat.
Sæpè vale dicto, rurſus ſum multa locutus,
Et quaſi decedens oſcula ſumma dedi.
Sæpè eadem mandata dedi, méque ipſe fefelli,
Reſpiciens oculis pignora chara meis.
Denique quid propero? Scythia eſt, quò mittimur, inquam:
Roma relinquenda eſt: utraque juſta mora eſt.
Uxor in æternum vivo mihi viva negatur:
Et domus, & fidæ dulcia membra domûs.
Quósque ego dilexi fraterno more Sodales:
O mihi Theſeâ (c) pectora juncta fide!
Dum licet, amplectar: nunquam fortâſſe licebit
Ampliùs: in lucro eſt, quæ datur hora mihi.
Nec mora, ſermonis verba imperfecta relinquo,
Amplectens animo proxima quæque meo.
Dum loquor, & flemus: cœlo nitidiſſimus alto,
Stella gravis nobis, Lucifer ortus erat.
Dividor haud aliter, quàm ſi mea membra relinquam:
Et pars abrumpi corpore viſa ſuo eſt.
Sic doluit Priamus (d) tunc, cùm in contraria verſus
Ultores habuit proditionis equus.
Tum verò exoritur clamor, gemitúsque meorum:
Et feriunt mœſtæ pectora nuda manus.
Tum verò conjux humeris abeuntis inhærens,
Miſcuit hæc lacrymis triſtia dicta meis:

Non

(b) *Parrhaſis.* Parrhaſia urbs eſt Arcadiæ, ubi regnaverat Lycaon, Pater Calliſtûs, quæ in Urſam, Græcis Arctos, & Septentrionis ſtellam mutata fuit.

(c) *Theſea.* Théſeus, Pirithoum amiſſum cupientem Plutoni eripere Proſerpinam, ad inferos comitatus eſt.

(d) *Priamus.* Equus Sinonis ligneus ſpem fecerat Priamo, cui exitium attulit.

Non potes avelli, ſimul hinc ſimul ibimus ambo:
Te ſequar, & conjux exulis exul ero.
Et mihi facta via eſt: & me capit ultima tellus:
Accedam profugæ ſarcina parva rati.
Te jubet à patria diſcedere Cæſaris ira:
Me pietas; pietas hæc mihi Cæſar erit.
Talia tentabat: ſic & tentaverat ante:
Vixque dedit victas (e) utilitate manus.
Egredior, ſive illud erat ſine funere ferri,
Squallidus immiſſis hirta per ora comis.
Illa dolore amens tenebris narratur obortis
Semianimis mediâ procubuiſſe domo:
Utque reſurrexit, fœdatis pulvere turpi
Crinibus, & gelidâ membra levavit humo.
Se modò, deſertos modò deplorâſſe penates,
Nomen & erepti ſæpè vocâſſe viri.
Nec gemuiſſe minùs, quàm ſi natæve, meúmve
Vidiſſet ſtructos corpus habere rogos:
Et voluiſſe mori, moriendo ponere ſenſus,
Reſpectúque tamen non periiſſe meî.
Vivat, & abſentem (quoniam ſic fata tulerunt)
Vivat, & auxilio ſublevet usque ſuo.
Tingitur Oceano cuſtos Erymanthidos (f) urſæ:
Aequoreásque ſuo ſidere turbat aquas.
Non tamen Iönium (g) non noſtrâ findimus æquor
Sponte: ſed audaces cogimur eſſe metu.
Me miſerum! quantis nigreſcunt æquora ventis,
Erutáque ex imis fervet arena vadis!
Monte nec inferior proræ, puppíque recurvæ
Inſilit, & pictos verberat unda Deos.
Pinea texta ſonant: pulſi ſtridore rudentes,
Aggemit & noſtris ipſa carina malis.
Navita confeſſus gelidum pallore timorem,
Jam ſequitur victus, jam regit arte ratem.

(e) *Utilitate.* Aegrè ſe vinci eſt paſſa, ut remaneret, oſtenſâ ipſius & meâ utilitate.

(f) *Erymanthidos.* Cuſtos hujus Urſæ Arctophylax dicitur, ſidus juxta Urſam majorem. Erymanthis dicitur ab Erymantho Arcadiæ monte.

(g) *Jonium.* Pars Mediterranei maris inter Cretam & Siciliam.

Utque parùm validus non proficientia rector
Cervicis rigidæ frena remittit equo:
Sic non, quò voluit, ſed quò rapit impetus undæ,
Aurigam video vela dediſſe rati.
Quòd niſi mutatas emiſerit Aeolus auras,
In loca jam nobis non adeunda ferar.
Nam procul Illyricis (h) læva de parte relictis
Interdicta mihi cernitur Italia.
Deſinat in vetitas, quæſo, contendere terras:
Et mecum magno pareat aura Deo.
Dum loquor, & cupio pariter, timeóque repelli;
Increpuit quantis viribus unda latus!
Parcite cœrulei vos ſaltem Numina ponti,
Infeſtúmque mihi ſit ſatìs eſſe Jovem.
Vos animam ſævæ feſſam ſubducite morti,
Si modò, qui periit, non periiſſe poteſt.

(h) *Illyricis.* Ad dexteram verſùs Italiam nos venti agunt.

ELEGIA IV. (Ovid. VII. Lib. I. Triſt.)

Argumentum. *Iraſcitur ſe deſertum ac proditum ab eo, quem id minimè facturum credidiſſet, ipſúmque inſectatur, qui damnato ſibi nihil usque benevolentiæ exhibuiſſet.*

In caput alta (a) ſuum labentur ab æquore retro
Flumina, converſis ſólque recurret equis.
Terra feret ſtellas, cœlum findetur aratro,
Unda dabit flammas, & dabit ignis aquas.
Omnia naturæ præpoſtera legibus ibunt:
Pársque ſuum mundi nulla tenebit iter.
Omnia jam fient, fieri quæ poſſe negabam:
Et nihil eſt, de quo non ſit habenda fides.
Hæc ego vaticinor, quia ſum deceptus ab illo,
Laturum miſero quem mihi rebar opem.

Tantáne

(a) *Alta.* Mos eſt loquendi Poëticus, quo quid ſignificant, quod fieri non poteſt, ùt ſunt: fluvii & ſol retrogradientur &c.

Tantáne te fallax! cepêre oblivia noſtrî?
Afflictúmque fuit tantus adire timor,
Ut neque reſpiceres, nec ſolarêre jacentem
Dure, nec exequias proſequerêre meas?
Illud amicitiæ ſanctum ac venerabile nomen
Re tibi pro vili, ſub pedibúsque jacet?
Quid fuit, ingenti proſtratum mole ſodalem.
Viſere, & alloquii parte levare tui?
